Cur non in langoribus ſed extra langores capilli defluunt.nempe ꝙ tum quidem nutrimentum habent:ex ſuperfluo nãqꝫ.poſt morbos autem id exiguum eſt propterea ꝙ ali corpus oportet. nutrimentum uero ingrediens ad id quod naturam ſubleuat ipſos non educit : ſed propter inanitionem prius abſumitur.

Cur capitis ſinciput calueſcit:nõ autem occiput: aut minus. quippe quod nõ eſt in occipite ſuperfluitas:inanis enim & ſiccus eſt locus.ſinciput autem propter cerebrũ plenum eſt. quibuſcũqꝫ igitur ibi frigida ſuperfluitas colligitur propterea ꝙ ibidem a calore detinetur : & non concoquit' pilos non nutrit & perinde defluunt. occiput autem huiuſmodi digeſtionem non habet: aut minus ob dictam cauſam.

Cur in alis & in pube pili minus & augentur & caneſcunt illis qui ex capite erumpunt : quippe quod maximi,: & præcipui qui aliis ꝓpius ad caput accedunt ꝓpter enim nutriméti uicinitaté maxime ſeſe reſoluunt.iure igitur reliquis q in mento plus excreſcunt.

Cur in capite potiſſimum gignuntur pediculi . nempe ꝙ animalia quidé natura ſuapte produci ſolent ubi ſuperfluitas fuerit humiditatis:& caliditatis.præterea ſpiramenta quoqꝫ habet . caput autem humidum. & calidum iuuenũ eſt:& in ipſo latiſſima ſunt ſpiramenta . id uel ex eo coniici poteſt ꝙ pili ibi craſſiſſimi ſunt,proinde habet & unde cõſtet : & ubi uiuat animal.

Cur ex potibus & uomitibus & ĩ frigoribus loquũtur hoïes grauius: uel cũ pituita guttur obſtipatur. conuellit ſiquidé diſtillationé aliis quidé uomitus aut potus: aliis uero temporis ſtatus proinde grauior ſpiritus gignitur eductio.quæ auté ualde grauis eadé & tarda eſt.

Cur nam graué uocé cominus magis exaudimus : eminus autem minus?nempe ꝙ uox grauior plus aeris mouet : ſed proxime id facit:unde fit ut eminus minus audiamus: & ꝑinde non longius penetrat.proxime autem magis.quoniam pluris aeris motus eſt.

Cur ſeptimeſtris non profert uocem.nouimeſtris uero profert . ĩfans cum primũ editus eſt:aut quod ſeriſſima uox perficitur hominibus : quod nobis licet cõiicere ex eo quod cũ iam excreuerint mutiũt & balbutiũt, aut quod nouimeſtres perfectá habent geniturá, Proinde alii qdé ſuá adepti iam ſunt naturá alii auté nõ. Imperfectis igitur perfectũ quicquá ineſſe ut plurimũ non poteſt.uerũ perfectis inerit.atqui ſeptimeſtres obeandé cauſam ſunt deteriores. quod aũt ualde imperfecti & imbecilles ſint:uel ex eo liquet quod laneis faſciis inuoluuntur.

Cur uox poſtremo ĩter oés qui loquunt' hoïbus cõſumat'.népe ꝙ multiplices differétias & ſpecies habet? Cætera auté aïalia aut nihil quod excribi poſſit : aut pauca efferunt : diuerſiſſimũ uero & pulrimas habens differentias:niſi plurimo ac diuturno tépore conſumari non poteſt.

Cur certantes grauem proferunt uocem.metuentes autem acutam? nempe ꝙ metuentibus quidem frigeſcit locus qui eſt in præcordiis calore deorſum petente . & perinde parum aeris mouent robur enim in calore.illis uero attollitur calor: utpote pudore ſuffuſis:ob pudorem enĩ certant: atqui pudibundis ſurſum feretur ad faciem.hoc autem uel ex eo liquet ꝙ magis rubeat diſtillat igitur & craſſum reddit aerem perſtrepens & inclamitans.talis uero tarde extrudit atqui tardum in uoce graue eſt.

Cur uox quæ effluxus quidã est naturæ einsmodi ut sursum ferat̃:magis a sup̃nis partibus ad ĩfernas exaudit̃:q̃ ex infernis in sup̃nas:aut ꝙ uox aer quidã est cũ humare qui cũ sit grauis ab humido deorsum cedit:& nõ sursum:siq̃dẽ humidũ suapte natura deorsum fert̃: quãobrẽ ab ĩfernis partibus magis exauditur:aut hoc quidẽ in aĩalis tm̃ uoce fit: & ipsi ꝙ ei humidũ esse accidit:nõ in aliis sonitibus idẽ euenit.sicut igit̃ altus lõginquusq; uisus cũ sup̃ne deorsum se demiserit refractionẽ sursum uersus facit:infernæ autẽ sursum uersus scandẽs deorsum refringitur:eodẽ modo uox naturã habẽs ut sursum uersus ferat̃:ab opposito aere p̃secta extrudere quidẽ ipsum nõ põt:utpote maiorẽ:atq; grauiorẽ.refractus uero qui motus est aer in cõtrariũ deorsum propellitur.tale & de echo accidit.est enim uocis refractio in opposito.

Cur ebrius uox magis infringitur:quã sobriis? nempe quoniã satur atq; expletus cito uocẽ infringit.Coniectura huius est quod neq; chori a prãdio exurgẽtes se exercent: neq; histriones: sed cũ ieiuni sunt.at cũ saturi ebriiq; sunt nõ iniuria uoces magis infringnnt.

Cur fistula & acuta uox simpliciter tanq̃ solitudinẽ uideri facit:nunquid quod acuta uox longe procedit ac nõ admodũ diffunditur:sicut & aliæ uoces.

Cur nam uox acutior uidetur longe distantibus:Cum sit acutum in eo quod celeriter fertur lõgius autẽ distãs tardius moueat̃:nunquid quod acumẽ nõ tantũ in eo est quod celeriter mouetur:sed etiam in eo quod minus sonitum procreet. ad longius autem distantes semper minor peruenit:propter aeris moti paucitatem.

Cur uox formatus q̃dã aer & delatus dissoluit̃ & sæpe ea forma echo gignit̃ cõplosa:ac illisa ad solidũ & nõ dissoluit̃:sed manifesto exaudit̃?nẽpe ob id quod reuerberatio non illisio est.hoc autẽ totũ totius similitudinẽ affert. nã ab aere reuerberat̃ & eo qui in cauerna:nõ a cauerna.

Cur per hiemem uoces sunt grauiores.nũquid quod crassior aer. eo autem crassiore tardior est motus:ut uox grauior:aut quod per angustias tardius aer permeat.Contegũtur autẽ quæ circa fauces loca frigoris qualitate:ac fluore pituitæ.

Cur situ & fœtorẽ. Plautus i mustellaria Quia eccastor mulier recte olet: ubi nihil olet. nã istæ ueteres q̃ se unguentis unctitãt interpoles:uetulæ edẽtulæ quæ uitia corporis fuco occultant:ubi sese sudor cũ unguẽtis cõsociauit illico. itidem olent quasi cũ una multa iura confundit coquus: quid oleas nescias nisi id unum ut male olere intelligas.

Cur uoce sonori sunt:qui natura suapte sunt calidi.nunquid quod necesse sit in his aerem multum frigidũ esse.trahit enĩ spiritũ calor:& maiorẽ efficit:uocis autẽ sonoritas fit in eo quod aerẽ multũ mouet:acuta uox in eo quod celeriter mouetur:grauis autem in eo quod tarde.

Cur magis exaudiunt spiritum comprimentes:quã spirantes & respirantes ob hoc etiam in uenationibus sibi præscribunt:ac præmonent ne spirent. Vtrum quod sensus sedes sursum uersus meet uenis cõtractis:& attenuatis:deorsum uero dormitantibus:ideo etiam magis expirãt: aut quod sanguis abiit deorsum difflatus.itaq; & superiora exinaniunt̃:quæ exinanita exaudiunt procliuius:aut quod suapte natura anhelitus:sonitus quidam est qui inter spirandum excitatus impedit:quo minus audiatur.

Cur situm & fœtorem olentes cum uncti fuerint unguine odorifero tætrum odorem spirãt. nunquid quod in multis hoc efficitur acutũ:aut quod multi sudantes grauiter olent: unguentum enim calefactorium quiddam est:sudores ergo allicit.

Cur axilla inter alia loca multo grauissime olet:utrum quod spiramentis fere caret:grauis autẽ odor in his præcipuus est ꝓpter putredinem:quæ ibi gignitur ob humiditatis morã quæ nec dimouetur:nec exercetur.

Cur quæ tætri odoris sunt minime grauiter olere uidentur cibo plenis?nempe ob id quod a stomacho per palatum ad uim olfactus penetrans sensum impleat:atq; occupet: & perinde eodẽ modo tæter odor non amplius sentiatur.primũ siquidem sentiunt omnes:cum uero attigerit: non amplius tanquã agnatus & adhærens:& qui extrinsecus similis adueniens perimitur ab eo qui intus est.

Cur per hiemẽ & in cõcretis glacie minus odoramus?nempe quod aer in frigore ĩmobilior est: nunquid nõ aduẽtat motus ullus:aut redolẽtia non excipitur ꝓpter motur difficultatem.

Cur odores propinqui minus bene olentes:tum aromatum:tum florum? nempe quod propinquis simul terrestre eleuatur & perinde ita mixtũ uim reddit imbecilliorem:sinautem longinquus odor adueniat sese ostendit:ob hoc & attriti flores odorem dissoluunt.aut quod odor caliditas quædã est:& bene olẽtia calida:calidũ autẽ leue & ꝑinde longinque odor gignitur.

Cur cuncta cũ mouentur magis olent?quippe quod replent aerẽ unde ad sensum illico emittit̃.

Cur aliquando nauseantes magis fament?æquum autem fuit econtrario habere.expletio siquidem nausea est:nunquid queadmodum stercore facto accidit ut sint inanes loci quibus famẽt ante nauseam uero hos impleuerant.

Cur in nauigiis quidẽ nausea biliosa:quæ uero secus pituitosa?nempe quoniã in aliis fatigatio: hic autem cũ metu & tumultu:metus autẽ cognatoꝝ cõmotor intestinorum pituita uero re-

dundans quiddam est & extrarium.bilis porro cognatum ex cognatoq; ꝓcreatum quiddã est.

Cur graciliores fiũt inferne quã superne purgati?aut quod facilem profluxnm habens sit uia:superior autem contra naturã:ideo & a minoris medicaminis ui minus & plus moueri certũ est secũdũ naturam quã contra naturam:aut redundantiæ inferne purgatæ utiliter & accõmodate corpori egerantur expellanturq;.quæ uero superne extrariæ sunt illic quidem plures nutrimenti reliquiæ nõdum exiccatæ quæ adhuc nutrimentum habent:hic uero bilis & pituita nutricationem nullam admittunt.quæ igitur inferna purgatio cum nutricationẽ auferat iure exoluit:quæ uero superna aut nihil:aut minus idq; ostendit ueratrum:nam superna purgat:& cõfestim corpora confirmat tanquã ex superna purgatione nihil sit ablatum.

Cur nigri glabri magis q̃ albi:aut pilosi graciles fiũt?quippe quod qui glabri sunt pilosis sint redundantiores:id nãq; muliebris natura ostẽdit:quæ humida & glabra est.& nigri albis sunt frigidiores:atqui frigidum humido propinquũ est.nam calidum siccescit:graciles autem euadũt colliquescente corpora:nedum superfluitate ablata.

Cur attam quidem bilem:& multam purgantes pituitam graciles non sunt:at si flauebilis multo minus purgent:graciles & macilenti euadunt?nempe q; atram bilem consueuerunt mnlti perfacile purgare quod fæculentum quiddam sit atq; etiam a corpore seclusum ob hoc etiam nigrescit.nullum ergo robur a purgato corpore aufaretur:pituita porro redundantia est: ꝓinde quo ex ea quis magis abstulerit eo magis corpus alleuat tanquã abiniecto onere.at flaua bilis ex concretione est male compactæ carnis quinimo præsto est:neq; prius admodum separata seiunctaq; fuit.proinde nihil interest multã ne auferas bilem an carnem multam sanguinẽue : quod cum accidit graciles euadere necesse est.eatenus siquidem labi contingit: quatenus sanguis & carnes ut ita dicam suggerãtur:alterutra uero terminus erit alterius:ob id quod separata seiunctaq; fuerat.

Cur singultiunt subuersi & imoderate repleti?nunquid quod utroq; modo frigefiunt. nã subuersio subsistentem calorem eripiens frigefacit:& si plus cibi ingestum fuerit quã is pati possit peculiarẽ tabefacit caliditatem : singultus autem est cum spiritus introrsum reciprocatur propterea quod humidnm in spiritali loco frigefactum fuerit.

Cur pueri & senes alui profluuio in primis capiuntur:Cum diuersos cibos assumant? nunquid quod pueri quidem non ꝓpter cibum hoc subeunt : sed quod humida ipsorum sint corpora: & densa ut introrsum superfluitates confluant ꝓpter carnium densitatem humectant aluos: senes uero frigida habent corpora atq; aluos:proinde pueri quidẽ propter corporum humiditatem:ac densitatem:senes autem propter frigiditatem hoc patiuntur. & pueri quidem quod eorum superfluitates extra respirent:senes autem propterea quod firma habent corpora & calidũ ex ipsis expirans exhalat.idem igitur non propter idem patiuntur.Cæterum pueris etiam est in causa cibus tantus aliquis ac talis quispiam:multa siquidem eis profernntur & dulcia:& qualiacũq;.enimuero paruuli omnino lacte nutriuntur quod ad concoquẽdum difficile est: cum uero parum excreuerunt uariis & dulcibus uescuntur eduliis nutricibus & matribus ipsis indulgentibus ac blandientibus:taliaq; difficulter certe ab ipsis amouentur.

Cur potus multus aliquãdo & paucus alui profluuium inhibet?nunquid quod illud quidem ut pote paucũ merito exiccat:hoc uero ꝓpter affluentiã in mictură secedit: ipsumq; ex aluo humidnm cõsequitur:pariter enim utrũq; deiici non consueuit:sed cum aluus deiicitur mictura magis exarescit:exinanitionemq; nãq; fecit ex aluo in multam micturã multus potus:

Cur bibentes cibo expleri humidas aluos habẽt potiusq̃ duras?quãobrẽ alui ꝓfluuio moriuntur magis q̃ qui parum cibi sumpserint:atqui oportuit multũ expletos potius cibatum educere & perinde aluos exiccari?nempe quod multa cibi repletio non est in multũ assumendo: durescit siquidẽ superfluitas cũ detrusa in aluum uix descenderit.hoc autem fit quod non statim corpus excipiat:nec ex ipsis digerat cibis ac secernat utile : & ob hoc inferiori aluo diu manent utpote qui nõ confertim descendãt.magis enim simul exuruntur:alui quæ certe nutritæ non sunt reddũt non magnopere dura quæ exceperunt sed raptim ex detrusis & retentis utile excipiũt hoc licet coniectare ex eo quod siccæ alui ualidiores:quam sint quæ corpulentiores.

Cur dulces & salsi succi maxime uim seperandi habẽt aut quod minime ad concoquẽdum sunt idoni eadem uero sunt quæ cõcoqui non possunt:& grauia ꝓpter id enim quod a qualitate quæ nobis agnata est detineri nõ queũt:inferna petũt eruptura:id enim eruptio est: aut quod alii quidẽ succi præter oleũ facile labiles:& facile tabidi sint:oleũ qdẽ difficile cõcoctu est.nã faciledputrescit sed propter leuitatem supernæ innatat ob hoc segregatiuum non est : salsor autem grauis & densus.huiusmodi aũt precipue dehorsum ferunt & minime putrescunt.

Cur salsugo quidem & serum aluum ciunt : uinum uero multum potum nequaquam? nempe quod horum quidem substantia in uentrem meat: necenim facile cõcoquũtur quẽadmodum uinum quippe quod calidum est: quodq; celeriter concoctum emingitur. huius itaq; excessus & euasio id in uesicam facit: quod illa in aluum: nec substantiam In uesicam agunt nec enĩ habent. Cum superfluitatibus igitur abeunt quæ eorum substantiam comitantur quæ celeris sane est & profluuium facit.

Cur inferna purgatione magis quã superna graciles fiunt? nempe quod ex inferna ad aluum ex toto corpore quæ subsidunt contrahi possint: hoc autẽ manifestũ ex fœtuũ nutrimẽto in illo enĩ loco qui sunt fœtus nutriuntur. postremas siquidẽ eũ tenẽt locũ. sursum autẽ uersus a uicinis exeunt locis proinde a minori ui multo mobiliora sunt cunctaq; deorsum quod precellant ad sese deferendũ. supna igitur purgatio emergens extrarium solum rapit. ideo etiã elaborum præbentes euestigio cõfirmant. quæ autẽ inferna purgatio ea ex multiplici cogit loco & aliquãdo multa secũ præcipua cõuellit: nec supfluitatibus moderatur quapropter cõfert plærũq; non oĩa exinanire: fiunt siquidẽ reliquiæ nutrimentũ & robur suppetũt. cũ autẽ nihil relictum fuerit: est ubi exinanitionẽ uehementem faciat: est ubi admodum exausti interficiantur: est cum tardiuscula oblata compositio opportunissimo adueniat loco.

Cur sanis & senibus inferne purgationes non conferunt: celerrime: siquidem deiiciuntur: & graciles euadunt. quippe quod ægrotis quidem superfluitates abeũt. sanis autẽ eorum quæ ipsos sustinent: & extruunt fit ablatio: & perinde colliquefactio non est in morbo amota superfluitas. Cum ergo inuaserit: funditus concutit.

Cur in æstate alui profluuia magis gignuntur: quam in hieme est enim hic morbus humectationis excessus & hiems humidior est: & perinde ĩ huiusmodi tempore hũc morbum exoriri potius oportuit quam in arido ? nempe quod in æstate humidum includitur in hieme autem calidum: ut enim oppositum fuerit: quod extrinsecus aduenit. quod introrsus est econtrario habet. ideo etiam putei æstate quidem frigidi hieme uero calidi. idem ergo aluus patitur proinde in hieme quidem cum sit calidior apposite cõcoquit. profluuium autẽ indecoctio est cõmittitur sane & cibus huiusmodi in æstate quasi tumultuarius & noctes sunt breuiores.

Cur noctu ex minori purgant medicamina : quam interdiu. nam scamonia ob octaua parte purgat. elaterium autem a parte quarta cum exhibita fuerint catapotia ? nempe ob hæc tria ob humiditatem. ob caliditatem: ob longum tempus. quatenus enim humidiores eatenus magis purgantur. humida siquidem est purgatio : atqui superfluitas in longiore tempore magis purgat id autem noctu magis accidit propterea quod sommus concoquit. itaq; uelocius. & impensius sentire corpus medicamen constat.

Cur purgatoria medicamina pituitam quidem agunt & bilem ex uenis in aluum : sanguinem uero non utcunq; tenuis sit. aut quod agit extrarium : quod inolescere nõ potest. at qui superfluitas aliena est. aut quod crassior est sanguis. crassior certe quando frigefactus fuerit & se coagulauerit.

Cur inexercitiis & medicatis potionibus non statim cibũ proferimus? nempe quod adhuc corpus purgatur. & non una circa ipsa laborat natura. sed egerit adhuc supreflua. & per mutatio magna cum fuerit est inutile fit autem post multam exinanitionem cõferta expletio.

Cur per æstum potius gignitur bilis cum minores sint superfluitates? nempe quod calidum idoneum ad putrescendum est. bilis autem ex putredine.

Cur omnium succi ita. potius distinguuntur: aut cũ foliis & radicicibus & fructibus: aut cũ foliis sunt. educitur autem ipsorum calidum in humidum: alia quidem tosta igni alia uero cruda ipsi humores habent : quocirca ualidi quidem purgantur aluo : imbecilles autem soluuntur enimuero medicaminũ succi magis purgant ex radicibus & furctibus ex quibus sunt & iactis serum similiter magis q̃ lac nam lactis corpulẽtum est quippe quod crassum est cum terre sit pars. Coniectare uel ex eo nobis id licet quod nõ alerentur & excrescerent lacte animalia nisi corpulentũ sit. atqui serum potius mingunt & ex tenuitate secernũt Carnes uero manentes augent & coagulato lecte casei fiunt. Condito autẽ igni & cocto : ac coagulato butyrus.

Cur econtrario albus & niger eleborus purgat? nempe quod calida purgatoria sunt. Calido siquidem cuncta soluuntur. frigido autem potius coagulantur. si igitur quædam inferne : quædam uero superne purgantur. assimulatur ipsorum utrũq; medicaminum purgationi. grauis quidẽ & densus est qui niger. albus uero rarus & leuis. quæ igitur sub utroq; centro humida cum ipsis tulerint similitudinem. quæ sub nigro grauia: & densa ferendi dehorsum naturam habent: quæ autem ab albo rara effecta & leuia facile ab excellente caliditate eleuãtur in sublime.

ALEXANDRI APHRODISEI DE QVADRVPEDIBVS AMBIGVITATES ET SOLVTIONES DIFFERENTES SECTIO TERTIA PER GEORGIVM VALLAM IN LATINVM CONVERSA.



Vr saginanda assuetudinem mixtorum aerũ celerrime saginantur: quoniam mixtio nõ nihil rationis habet cũ enim quãplurimũ mixtus fuerit occidet: aut ꝙ graue pulmentum eleuat & capitis grauedinem parit sopore igitur & grauedine. somnum allicit perpetuum sicut q mãdragoræ at q somnꝰ plurimũ saginat corpa cõprehẽdẽs. Cur inter quadrupedes bipedesq; animãtes bouum fimus minime grauiter olet utrũ quod apprime concoquitur. ex eo enim id licet intueri. quod est lubricus & quod simplex est cibus nam paleæ sũt. atqui multiplex grauiter olet id est quod hominũ sit putidissimus: aut coniectare id possumus quoniam maxime ruminat: ruminare autem est cum permutatur ex prima manducatione in secundam: ideo etiã lubrica efficitur superfluitas: & diutissime in aluo manet unde & minime olet quæ uero recentissima multo maxime ac grauissime.

Cur libycæ feræ iu æstate non bibunt ubi præcipue gignitur sitis. hieme autem bibunt: Cum minus sitire oportuerit? nempe quoniam aquæ in libya per æstatem nullæ existunt & perinde eis non bibere in cõsuetudine est: in hieme autem quoniã scatent aquæ bibunt. ꝙ igitur illic eis consuetum est cũ in alia loca trasferuntur id ex cõsuetudine obseruant.

Cur siluestres bestiæ unicolores sunt? nempe quod simplex earant sit cibatus: indifferentes enĩ & uariæ affectiones corpora magis colorant. hoc cõiectare licet quod galli gallinacii multi colores sunt inter cæteras aues omnium edacissimi.

Cur triticum a quadrupedibus difficilius secernitur quam ordeum? nempe proprer aceres. celeriter enim palea detersa ipsius tenuissimum in glumis detinetur propter acerum asperitatem: quod cum ordeo concoquitur propter diuturnum tp̃s concoctioni datum.

Cur huiusmodi quæ fissum uuguem non habent: ut equi & aues quomodocunq; edita fuerint manent: & nihil augetur ab ungula sursum uersus usq; ad genu ab ungula tam imposteriore quam anteriore crure. homines autem e contrario. nam quæ ĩferiora sunt longe magis excrescũt? nempe quod rectos quidem incedere oportet hinc & inferna excrescere necesse fuit quo facilius impositum superne onus ferant corpis. Contra autem quadrupedes efficere constat: quare & superne excrescere necesse fuit: inferna uero consistere. quapropter propter rectitudinem hæc fieri necesse fuit: & perinde iuuenilia adhuc multa facile autem posteriore pede scalpunt. ætate uero grandiora minime. at contrario homines. non enim ad usq; certam ætatem possunt pueri auris circulum tangere.

Cur unguẽ diffissum non habentia ꝓfluentẽ. aquã bibunt: bisulcis autem unguibus ut boues potius effluxu collectam? nempe quod boues salsioribus potius aquis gaudẽt: ideo & ꝑ cibo ipsis abiicinnt: aut huiusmodi sapor amiscetur. stagna igit̃ hoc pacto potius habẽt habẽt: siquidẽ quod subsidet. at qui salsor propter pondus subsidet unguem autem diffissum habentia animalia libentius dulcia bibũt & alioqui illis prolatis gaudent.

Cur saginatæ sues frigore plus obrigescunt? nempe sicut etiam pingues homines qno enim pinguiores euadent eo longius a suo calore absunt quo autem huic rei magis obnoxia sunt procliuius extrema rigore torpescere necesse est. quæ uero rigori obnoxia sunt ea facile frigus ꝑsentiscere constat.

Cur homo non grandinatur: & ne quidem ullum aliud animal præter sues: attingendus est hic morbus grandinatio hoc est chalazesis: est autem ut sunt hominibus pustulæ id suibus grandinatio ita e contrario. pustulæ autem sunt parui tuberculi. qui multi & subuersi magnum & multo molestissimũ: ac pluris sup̃fluitatis exhibẽt negociũ. ꝑinde priusquã ita dissecetur alter langor exuscitatur. oriuntur autẽ pustulæ non ut ualetudo: neq; tanquã aliquid per naturam: uerum expletis & pinguibus mali nutrimenti excessui. quamobrem fiunt nõ grandi ætati nõ enim pueris neq; senibus pustulæ oriuntur neq; gratilibus: hominibus igitur: ut dictũ est pustulæ gignũtnr ex trorsus propter cutis tenuitatem. suibus autem propter expletionẽ & obesitatem. raptim uero id genus intra cutẽ cõuertitur. quod si propter obesitatẽ est: superfluitatis excessus erit quemadmodum autẽ naturalibus gignũtur ætatibus. ita huiusmodi animalibus introrsus grãdinationes oriũtur. cum annus fuerit ei rei cõsentientes: tum enim sus cibum nõ potest concoquere: alio autem tempore facilime concoquit. quamobrem etiam pinguissi-

mus est:& plurimā ꝓfert transmutationē.id uel ex eo coniectare licet: quod tuberculosi sunt quicūq; humidæ sunt carnis circū lacertos: & ceruicem:& humeros quibus in locis plurimæ quoq; exoriuntur grandinationes quod si paucas habeat dulcior euadet caro : quod expletio nis sit ut dictū est coniectura : Cum porro multæ per quā humida fuerit etiam insipida erit: incoctū siquidem nutrimentum quod plurimū:esse necesse est:nec a natura cogit̄ digeriturq; educunt igitur grandinationes præcipue ob cibos interest etiam hoc nutrimenti uerum que admodum non pueris nascunt̄ pustulæ : neq; senibus ita neq; porcis lecte alitis grandinatio nes:neq; nefrendibus:& deliciis grandiusculisq; nisi admodum paucis : & tum cum matri mul tæ affuerunt:& ne admodum uectulis quidem:sed tamen longæuis.

Cur sues inter cætera in primis animalia spumā agunt & coeuntes:& pugnātes:& ꝓperātes:idq; uerres magis q̄ maiales & castrati?nempe quod angustū habent:guttur: & quod natura pigue est.proinde cū sit densus ac multus spiritus sensim meat:quodq; humidū est pecus inæstuan tem effundit pinguedinem:propter angustias uero anhelosum:atqni spuma est ex spiritu den so in humido annatante:quáobrem etiam comitiali morbo correpti spumā eiiciunt recentus siquidē in pulmone spiritus suffocatū per uim humidū remittit:pugnātibus igitur furor cur rentibus motus:coeuntibus conatus:spiritū incendit:at densum efficit.crassitudo autem pro pter angustiam suffocationē ignit suffocatio uero spumam.

Cur suibus in libidinē proruentibus siquis in pudenda acetum suffuderit a coito aliquā diu ces sat.Vtrum quod propter laborem abscindit quod libidinem irritabat uellicat siquidem profu sum.an quod caliditas affectus est causa:a calore siquidem libido excitatur:acetum porro ca lorem extinguit hoc est affectus causam.

Cur cetera quadrupedes ut equi asini:muli:dētiunt necnon canis circa septē menses:& capræ & pecora:& pariter homo.sus autem fere edentulus est:aut quod rostrū latinū : & ualidū habet aut quod dentibus primoribus quos solos edit sibi supplet:rostro siquidē rimantur.

Cur sus coiens ex ore spumā eiectat:quod angustū guttur ac fistulas habeat:quapropter in ipsis uox etiam perinde ac suggillata sonat cum igitur in cōcubitu per angustos trāseat meatus eti am cum humiditate spuma exoritur in huiusmodi siquidē expumat.

Cur fere sues pauciores pariunt:quā cicures cū enim plurimos saptē pariunt cicures uero tresde cim?nempe quod sæpenumero pariunt cicures propter cibi affluentiā:& locorum caliditatem ob id etiam plures edunt fœtus.

Cur sues saginatæ setas amittunt?nempe q̄ saginatæ corpulentiores euadunt cū sunt huiusmo di concoquunt:magis autem cōcoquentes minorem superfluitatem:relinquunt atqui setæ ex superfluitatibus gignuntur.

Cur sues siluestres ut plurimū omnes sunt nigri:Cicures autē nō nunquid quod quæ ꝑpetuo in stagnis sunt sub cœno & in uolutabris nigri efficinnt̄.id licet coniectare quod cœnū inficiat: nā & baculi uel albissimi in ipsum īmersi nigri euadūt.Cicurū aūt pauci admodū ita uiuunt.

Cur sues lactantes nisi grunierint lac non emittunt quocirca ipsas uolētes mulgere quatiunt?nē pe quod spiritu cuncta emittātur:& comprimentia spiritū cuncta resonent:suis autē lac haud facile secernitur.nam cum exiguum sit in plures māmas partitur proinde ad effluendum nixu opus est.

Cur suis primores māmæ sunt quæ ad pectus ꝑtinent:& aptissimæ ad lactādū & in ordinē quæ deinceps.ideo qui se ad lactandū porculus:uer porcerra erigit ad primā irruit & in ordine ita habētes & ꝑinde ita lactent nisi alterū: ualidior alter expulerit. Vtrū q̄ calidior locus est qui circū pectus:& aliis caloris est causa.id enī principiū est:quoniā autē plurimū trahit cibū cali dissimus:& in primis cōcoquit:& hic ꝑcipue talis sit necesse est:ibiq; lac plurimū esse : ac dul cissimū.aut non hæc causa est sed quod lac sanguis est concoctus.locus uero qui circū pectus sanguinem concoctū habet.& defæcatissimū hinc enim ipsius initiū est.ꝑinde in quo sanguis defæcatissimus atq; putilatissimus est:ubi etiam lac erit electissimum.

Cur sus grauiter olentibus gaudet?nempe quoniam latum habentia rictū:sonsus non sunt odo ris capacia:quæ uero eius sensus capacia non sunt acutioribus gaudent : hæc nāq; tantum uel præcipue sentiunt:idem etiam patiuntur qui olfactum corruptum habēt:in odore aliquo gra ui ut coriorum infectores:& qui cloacas lauant.

Cur grandinatione occupatæ sues non pinguescunt?nempe quod ipsarum corpus cibos minus reponit.id coniectare licet ex eo quod plus superfluitatis ipsis īnascitur grandinationes siqui. dem ex superfluitatibus sunt:sed longe magis cibo uescens pinguescit.

Cur sues supine deportatæ magis silent?nempe quod ita portatæ minore ui clamant: quæ cum

uocales admodum non sint suapte natura pluri etiam egent nixu quod autem natura dictate uocales non sint uel hinc certum est quod sues aliquæ casse prorsus uoce cōperiūtur.

Cur sues siluestres semel pariunt' Cicures uero bis.quippe quod illis cibus quidem simpex est:& uninca berba his uero multiplex.ac uarius.proinde sæpius pariunt. ide est quod pecora ob opi parum uictum bis singulis annis pariunt.

Cur maiales uerribus maiores habent ac effusiores qui ex exerti prominent dentes quos chau liodontas uocant?nempe quod fœminæ maribus maiores habeant. atqui maiales se in fœmi nilem naturam transmutarunt:& tanquam fæminæ ex maribus effecti sunt.

Cur suibus prominētiores exertiq; in cornuum modum qui uoce græca chaulidiontes. appellā tur nunquid ut quidam aiunt.quod non excidant ac non attriti augentur.sicut & hominibus qui ita habuerint ut eos non permutent:maiores euadunt.ut lacte alti robore magni:euadunt quod non atteruntur.an quemadmodum cornua natura tradidit fortitudini & auxilii gratia. ita suibus chauliodontas a natura siquidem cuncta auxilium aliquod acceperunt. Vt quædam cornibusquædam unguibus:quædam dentibus armauit. & horum quædam ita quemadmo dum quæ dentibus ualidissime munita charcarodōta appellantur:itaq; nōnulla ob id chaulio dontas habent & utrinq; erumpentes : suntq; hæc media inter cornigera. & charchaodonta quemadmodum a gradibus ad gradus. id coniectare uel ex eo licet:quod chauliodontes sunt pro cornibus.non autem quod non renatos esse cōtigerit. eaq; de causa ingentes. sed alicuius rei gratia.nā qui elephantoꝝ dentes dicuntur nō dentes potius quā cornua nominari debēt

Cur sues cum a canibus irritantur exhorrescunt? nempe quod incitatorum corpus corripitur: quando quidem animis adiguntur & ferendi sibi auxlii causa. & tum pili potissimum erigun tur nisi id accidat quod dissoluantur.

Cur inter pecora quæ gracillima sunt pilos tenuiores emittunt, at sues quo graciliores fuerint eo crassiores edunt pilos?nempe quod sues quidem cum natura sint suapte crassæ spiramenta impellent. uel tum cum saginatæ fuerint : quade causa & setæ decidunt quandoquidē minus queant penetrare.pecora uero ꝙ plurimum cum pinguia sunt assumat nutrimentun : aut cū gracilia non fuerint plures pilos habent & crassiores : cum gracilia tenuem ab exiguo nutri mento siquidem pilus superfluitas est.

Cur sues & canes uerberati magis bobus uociferant. Vtrum quod & aliter hæc maxime affici antur aut:qđ aliis sint animosiora animalia indicat enī hoc agrestiū suū ipeť & canū latratus.

Cur equi difficulter mīgunt ?nempe ꝙ quæcunq; aridam fæcem procliuiter egesserint humi dam difficulter: ueluti oues & sues.at qui nihil horum equi quicunq; autem humidam facile aridam operose atq; difficulter at qui canis ntrūq; difficulter.

Cur in stabulis attondent equabus iubam ad asinorum coitū atq; admissuram? nempe ut sum missiores asinorum sustineant admissuram. nam uenustate elate nolunt. at tum utpote si miles non uidentur in honestari.

Cur equi cum fugiūt nō mouēt caudas:cū autē exercenť & agitanť multū?nempe quod caudæ motus a corporis labore uel animæ prouenit uicio.ideo etiam moliter habentes:aut animis molles coacti eas mouent nam uim ad equitationē impelluntur generosi autem minime: sed immobiles & porrectas habent. at in fugiēdo oēs sponte currunt & animis longius excedunt nec uerentes :perinde eorum immobilis cauda & porrecta est.

Cur longā habētes caudā & imbecillā : nisi spissam a natura habuerint aīs utplurmū mali sunt nēpe quod signa ficatrix est cauda talis aut talis effecta:ueluti in quā recta:nihilq; significans: aut mota.aut cōsistēs hæc enim uirtutis sunt signa: illa uero uitii. Cum igitur natura tale sit ut uitiosas habeat animas statim sæmē ipsorum imbecilum & breue & in ipso. exordio natu ra defecit. utpote quæ ne eo quidem uti uelit:aut non faciem ac positionem aut non similitu dinem habuit quæ in usum ueniat.ut tp̄s ut dentes idq; infœminis.

Cur ꝙ uniuersale id exprimit aliquod?nempe quod cōmunius id est ꝙsub multis.nā in canibus: & suibus & leonibus:ominibusq; pugnacibus & animosis & perinde in maribus potius quam in fœminis quædam rectam caudam quædam obuolutam habent ueluti sues mares leo autē ea etiam se tundit.Cæterum omnium causa quod continuatio quædam a suis est uidendi lo cis in quibus animi quoq; consentiunt.Concitatis igitur & ex candesentibus illis ad ultimum usq; penetratur per ꝙ affectio quoq; demonstratur audacium fere porrecta : humilium autē aut metuentium reuoluta:tanquam se animis ac commodans omnino autem aut ad concini tatem:aut ad in sultationē:& uocem aliquam habet uim:& aptitudinē ex eadē causa.

Cur equa cū sit breuioris uitæ quā hō diuti⁹ fert in uētre unā id ꝓfecto ob causā accidit.qđ eq̄

inter cætera animalia quæ longioris ſunt uitæ multum deficit & quod minus efficax unius enim tátum eſt fœtus productrix.

Cur inter equos mares magis q̃ fœminæ hinniũt.inter oues autẽ & capras fœminæ magis balant.in uno quoq; enĩ ſua eſt uox?nempe ꝙ uocũ aliæ quidẽ ſunt cõcitatæ:atq; animoſe : aliæ uero ſũmiſſæ.cõcitatas igitur mares potius edunt: nam uitiores ſunt. ſummiſſiores uero fœminæ ut coccyſſant quidẽ galli galinacii cacaſſunt aũt uel glauciũt gallinæ hinnitus igiť uox aĩoꝝ ẽ:ballatus porro ĩbelliæ & ꝑinde hã q̃dẽ mares eq edũt:illã uero fœmĩæ oues & capræ.

Cur ab equis ſi quiſpiã unũ alterũue aut tertiũ euulſerit pilũ laborãt ſinautẽ multos nõ? nempe quod illo quidẽ pacto ꝑ alterũ & tertiũ pilũ tractus uulſionẽ pellis nõ cõſequať doloréq; excitet:cũ uero cõfertim quiſpiã attraxerit nõ fit ſpaſmus ac rigor qm̃ pellis conſequitur.

Cur equæ afflictatæ q̃a tũ caſtratæ non ad oriẽtẽ currũt:aut ad occidentẽ:ſed ad ſeptẽtrionem: aut ad meridiẽ?nempe quod in tali affeſtu ſeſe uẽtilãt.Currũt enĩ ad uẽtũ:ſiquidẽ caliditas huius eſt cauſa doloris & ꝑin refrigeratione indigẽt ꝑinde merito ad ſeptẽtrionẽ ꝓcurrunt : atq; meridiẽ.maxime enĩ & ſæpiſſime hic & illinc ſufflant uenti.auſter enĩ & aquilo ſemper flant. alii uero rariuſcule.

Cur equis & aſinis ex cicatricibus rrũpũt pili hoĩbus aũt minime:aut qď cicatrix ĩpedit ꝑ dẽſitatẽ:aut qď nutrimẽtũ ꝑueniat hoĩbus:igiť oĩno ĩpedit ꝓpter pili ĩbecillitatẽ.eq̃s aũt nõ ĩpedit ſed corrũpit:ob hoc ẽt albi eis erũpũt nõ licet aũt ob multitudinẽ cõiectare & ſi bob⁹ ſec⁹.

Cur cũ equarũ & aſinarũ ad miſſuræ tẽpus aduenerit ambæ aũt ad annũ ferũt & unicũ pariũt equã quidẽ ſub tꝑs in coitũ mittũt:aſinã uero paſtũ?nẽpe quod equi quidẽ natura calidi ſunt. aſini uero frigidi & obrigeſcũt:id uel ex eo licet nobis cõiectare quod in ſcythia aſini non naſcuntur.Cum ergo annus hinc motus ſit:eodẽ tꝑe gignere opus eſt equis uer modus eſt : neq; enĩ impẽſe frigidũ ſed potius calidũ.& perinde ꝓpter frigus nihil patiť:cõſideratur autẽ etiam ab oĩbus coitus tẽpus quod ad alendos fœtus ſit accõmodiſſimum.

Cur cum equus euomit moritur.Vtrũ quod cõtra naturã aut nõ:hæc eſt cauſa:ſed alius maioris rei ſignũ eſt. nã quod exitiabiliter habeat euomit:nõ quod cũ euomit moriať.aut ſimile illis qui euomuerint ſtercus.nã equi cũ eiſdem languoribus teneně ab aliis ex aluo contra naturam cõuelletur:quod talibus teneantur morbis:ab aliis uero ſurſum.

Cur ex alui ꝓfluuio laborãtes cũ triturẽt utplurimũ inter moriũtur?nẽpe quod glutinoſa: & rara caro eſt.id iutueri licet quod in ſudorẽ prõptiſſima eſt & oĩno facile mobilis plurĩũ igiť colliquæfactio eſt a pedibus exorta cõmotione.

Cur equi ſenes labiũ inferius ꝓtendunt?nẽpe quod ſeneſcentibus ſe natura remittat:ĩferius qppe labiũ maius & corpulẽtius eſt ab minus oſſi adhæret.

Cur eq citius in mollib⁹ locis mĩgũt q̃ in duris:Vtꝝ qď aſꝑganť minus.nã id ualde deuitãt : id licet cõiectura cõſequi qď crura multũ diducũt & cũ ad dormiẽdũ ĩuitatis ſtramẽte ſub ſtrata fuerint mĩgũt quod tũ nulla aſꝑgo ſequiť:aut eſt ne hoc quidẽ uerũ:tñ quies corpis in cauſa potius eẽ uideť cõpoſitũ enĩ nõ dimittũt corpus:ſicut ne quidẽ laborat:at uelut urinæ gigniť difficultas:ideſt quod in molli eã faciunt ſolidũ uero. cũ reuerberet quaſdã uices correſpõdet inde crurũ deductio & lateris acclinatio in ꝓductionẽ:& ad hæc prope cũcta faciũt quatenus tamẽ facile mingat ut iure aliis difficiliora ſint ad urinã faciendã animalia.

Cur equi & aſini & oĩno.iumẽta famẽ tolerare minime poſſunt quãobrẽ cũ ĩcluſa ſtabulis fuerint fores & limina & oĩno oẽ lignũ abrodũt.nũquid quod uenatiunculas in ſupiore aluo habeant multas:indagantibus aſſimulatas:ideſt quod cibũ attrahit quẽ cum amplius nõ habuerint cõmotione & inteſtinoꝝ ĩcitatione laborãt ꝓpemodũ ita accidit ut q letos lũbricos hñt.

Cur nõ facilius prægnãtes equæ equos quã mullas ferunt q̃q̃ ualidior mulla.nunqd forte uere ob hoc ipſum ſicut etiã de mulieribus:quæ mares grauius ferũt q̃ fœminas. nã cũ ualidiores ſint mares:ſupfluitates magis exhauriũt:inde eas grauari atq; laborare contingit.

Cur igiť facilius eo honere liberatæ mullos ꝑpetuo ferre nõ poſſunt.iõ certe ẽt deficiũt utpote iteratũ ægre ferẽtes?nẽpe quod cõſeneſcũt:& atterũtur citius corpora a ualidioribus.i.quod metuũt & ſine interuallo qď ualidus eſt ferre nõ poſſunt:quẽadmodũ terra huberẽ fructum ſed cũ edidit:ex leuiore fœtu liberata moleſtia: facilius mullos feret ut alcimachus inq̃t celtas falſo dicere iõ equas aſinos nõ admittere cũ ſenuerint quod indignabunde odorẽ auerſentur ꝓpter inſuetudinẽ:quãohrem cũ ſæpe cõpreſſe uideanť cõcepiſſe inanes inueniuntur.

Cur facillime & celerrime equa abortũ facit?nempe quod uehemẽtiſſimũ:& ualidiſſimum fert fœtum:ꝑinde cũ per oĩa laboret ui ĩminente neceſſario abortat.

Cur corpus celerrime cedit ac reuertitur:aut quod ſola caro cito & concidit & tumet atq; eleua

tur si modo hoc est in causa uelut in cane & capra:& si quid est quod utrinq facile moueatur: aut nisi hoc sit:aliis ob alias est causas.

Cur equi uarii fere oẽs nõ generosi.balioꝝ aũt multi generosi:tametsi baleotes uarietas est nẽpe quod minor est uarietas in paucis enim est baliũ locis.ꝓinde uarietas ꝓpter inæqualitate quã præ se fert in generosos reddit.quod aũt parũ est id nõ magni momẽti:minusq aduersaẗ.

Cur puli equini ꝓcũbunt magis q̃ uetuli equi:nẽpe quod & exurgũt & ꝓcũbunt facilius iuuenes senioribus:id autẽ quod his quidẽ multũ corporis onus.his uero paucũ in causa est : equis quidẽ membra nõ excrescunt pulis aũt augenẗ & perinde corpus iunioribus agillimũ est.

Cur equoꝝ redũdãtia cũ exercẽtur grauiꝰolet.utrũ qđ ualde egestibilis sub exercitatiõe sicut sudor extrorsus emanãs:ita ĩ aluũ ꝑniciosi humores:utpote detrusi ad ĩfernas partes aliquo medicamine grauiter olent.an quod plura tum proferãtur quã concoquant. atqui quæ incocta ea grauissime olent:citiusq tabescunt.

Cur equus & asinus post coitũ mingit:nẽpe ꝑꝑ laborẽ.laborãtiũ siquidẽ humor in uesicã defluit.laborat aũt asinus & equus ob magnitudinẽ:bos uero ꝑꝑ nixũ.nã nixus laborẽ gignit.

Cur asinus quidẽ & equus sæmen emingit:bos uero nequaq̃:nempe quod a tauris quidẽ eminꝰ ꝓpter potãtiã eiaculatur.illi uero cominus emittũt.una eni & emittũt & educunt.

Cur eq̃s & asinis ex cicatricibus orĩunẗ pili:hoĩbꝰ aũt nõ:nẽpe quod aliis qdẽ aĩalibus pellis ꝑs carnis est:hoĩbus aũt sicut carnis crassitudo.uideẗ.n.ipsis ex sꝑficie frigefacta solidior euadere:sicut cõtractarũ farinarũ quæ uocãtur græce hoc est crusta.cũ igitur etiã illa farina contracta sit ; ita hoĩs quoq ea quæ cutis appellaẗ caro est sauciato igiẗ aut attrito hoĩs mẽbro accidit carnẽ quoq corrũpi & densari:Carnis porro sꝑficie ĩmutata:eo pacto percussiões inolescunt:quo & exotus fuit qua alterata quod ex ipsa pili etiã nõ gignanẗ non erit alienũ:sicut ne quidẽ ex iis quæ uocanẗ alopecie.nã carnis sꝑficiei corruptiones & alteriones sunt sed iumẽtis sauciis ac sanatis corporis partes:quæ egrotauerãt rursus implẽtur: quæ a principio ĩbeciliores:sed quoniã pellis ipsorum pars est pilos quoq edit:qui albi exoriunẗ:quod pellis a principio fuerit imbecilior:atqui albũ pilũ imbeciliorem esse constat.

Cur si in equoꝝ hulcera exusta ordea & fricta inspargãẗ nõ albicãtes renascunẗ cicatrices sed prioribus simillime:quæ si nigræ fuerũt si flauæ:si qualescũq:tales oriũtur:nẽpe albicauit corruptio nutrimento ac principio unde germẽ gigniẗ.ipsa autẽ cicatrix corrupta ꝑhumectat: & attenuat pellẽ.at ordeũ exustũ cũ siccũ sit hãc instaurat inde etiã pellẽ priori similẽ facit pelli qua simili effecta fruticatio quoq erit similis:nã pellis ipsius germinis est causa coloris.

Cur eq̃ per anũ in fluuiis suffocantur:nempe quod latum ad initio intestinum habent.hoc cerni liquido potest quod euntes uel lauiter:patentẽ anum gerunt latum & in aluum penetrantẽ quo diducto arteria afflicta eos suffocat.

Cur equas & asinas cum fuerint compresse ipsas stimulis persequunẗ:nempe quod repente emĩgunt ꝓinde ut semen quoq emingant contingit.

ALEXANERI APHRODISEI PROALEMATVM SECTIO QVARTA PER GEORGIVM VALLA TRADVCTA.



VR Homerus poliocrataphus idest in tẽporibus canos appellauit. quod ut plurimum hinc canities exorianẗ:quãdoquidem primores capitis partes posterioribus sunt humectiores:& longe magis pituitosæ solutio ex temperamento.

Cur sincipita tm̃ caluescunt. quia mollia & patentia habent spiramenta.Cum capillo igitur ex naturali siccitate nutrimentum deficiat:facile ex iis decidit locis:nequaq̃ solide detentus quẽadmodũ ĩ posterioribus ꝑtibꝰ:q̃ & sicciores & dẽsiores sunt: atq caluicies ex siccitate gignitut: quapropter & qui tortis sũt capillis:utpote q̃ siccis sunt capitibus citius quidẽ caluescunt:at serius canescunt. pituitosas superfluitates absũmẽte siccitate.sunt autẽ etiã uigilaces plus aliis.siquidẽ sõnus ex humiditate:uelut infantes indicãt qui humidi sunt & sõniculosi:& superfluitatibus redundãtes humidisq passionibus:necnõ uinolenti & frequẽter loti.sunt etiam superfluitatibus fluidiores:per nasum inquã & os & oculos:qui uero promissis sunt capillis:eis capitibus humiditas cognata est:& perinde contrariis obnoxii sunt itaq aut sero aut prorsus nunq̃ caluescunt. Caluescũt præterea etiã per generis propagationẽ:

Macrobius.

¶ Cur Homerus poliocrataphꝰ uocat utrũ ex parte poetico more totũ caput significare uelit:an ex aliqua rõe canos huic ꝓcipue parti capitis asſignet & dissariꝰ:& hoc diuinus ille uates prudẽter ut cætera . nã ꝑs anterior capitis humidior occipitio est & ĩde crebro solet canicies incipe: & si ꝑs anterior ait ille humidior est cur caluitiũ patitur quod non nisi siccitate cõtigit. opportuna obiectio sed ratio nõ obscura ẽ partes enĩ priores capitis fecit natura rariores ut quicquid super flui aut fumei flatus circa cerebrũ fuerit euanescat ꝑ plures meatus unde uidemus ĩ siccis defũcto

rũ capitibus uelut quaſdã futuras q̃bus hemi-
ſperia ut ita dixerĩ capitis illigant̃:qb⁹ igit̃ illi
meat⁹ fuerit ampliores homorẽ ſiccitate mu-
tãt:& iõ tardius caneſcũt ſed nõ caluitio carẽt.
ſi ergo ſiccitas caluos efficit ut poſteriora capi
tis ſicciora eẽ dixiſti cur caluũ occipitiũ nunq̃
uidemus.ille reſpõdit:ſiccitas occipitii non ex
uicio ſed ex natura eſt:ideo oĩbus ſicca ſũt oc-
cipitia.ex illa ãt ſiccitate caluitiũ naſcit̃ quæ p
malã tẽperiẽ quã græci acraſiam uocare ſolent
contingit.unde capillo criſpi qui ita temperati
ſunt ut capite ſicciore ſint tarde caneſcũt cito
in caluitiũ trãſeunt.Cõtra qui capillo ſunt ra-
riore nõ eo facile nudant̃ nutriẽte humore qđ
phlegma uocitat̃:ſed fit illis cita canities:nã iõ
albi ſunt cani quia colorẽ humoris quo nutri-
unt̃ imitant̃.ſi ergo ſenibus abundãtia humo-
ris capillos in caniciẽ tingit cur ſenecta opini-
onẽ exacte ſiccitatis accepit:quia ſenecta ille ĩ-
quit extincto per uetuſtatẽ naturali calore fit
frigida & ex illo frigore gelidi & ſupflui naſcũ
tur humores.Cæterarũ liquor uitalis lõge ui-
tæ ſiccatus eſt inde ſenecta ſicca & inopinata
naturalis humoris.humecta eſt abundãtia ui-
tioſi ex frigore ꝓcreati. hinc ẽ quod ex uigiliis
ætas grauior efficit̃;quia ſõnus qui maxime ex
humore cõtingit de nõ naturali humore naſci
tur:ſicut eſt multus in infantia quæ humida ẽ
abũdantia nõ ſuperflui ſed naturalis humoris.
eadẽ ratio eſt quæ pueritiã caneſcere nõ patit̃
cũ ſit humectiſſima quia nõ ex phlegmate na-
to frigore humida eſt:ſed illo uitali & naturali
humore nutrit̃.ille.n.humor : q̨ aut de ætatis
frigore naſcit̃:aut cuiuſlibet uicioſitatis occa-
ſione cõtrahit̃ ut ſnpfluus ita & noxius ẽ hũc
uidemus in fœminis ubi in cerebro egerat̃ ex
trema minitantẽ.hũc in eunichis debilitatẽ ti-
biis ĩgerentẽ quaꝝ oſſa quaſi ſemp in ſupfluo
humore natãtia naturali uirtute caruerunt: &
ideo facile intorquent̃ dũ põdus ſuppoſiti cor
poris fere nõ poſſunt ſicut cãna põdere ſibi ĩ-
poſito curuatur.

ℂCur iidem uoce. Macrobius:

Cur ita uocis acutæ ſint eunuchi ut ſæpe mu-
lier ne an eunuchus loquat̃ niſi uideas ignores
id quoq; facere ſupflui humoris abundãtiã il-
le reſpondit.ipſe enĩ arteriã per quã ſonus uo-
cis aſcẽdit efficiẽs craſſiorẽ anguſtat uocis me
atũ:& iõ uel fœminis uel eunuchis uox acuta
eſt:uiris grauis quibus uocis trãſitus habet li-
berũ & ex integro patẽtem meatũ:naſci aũt in
eunuchis & in fœminis ex pari frigore parem
pene importuni humoris abundantiam etiam
hinc liquet quod utrunq; corpus ſæpe pingue
ſcit.certe ubera prope ſimiliter utriq; grande-
ſcunt.

queadmodũ podagra aliiſq; morbis uexant̃
gn̄atim deductis:tẽpẽte etiã caneſcũt ſõnicu
loſi:& redũdãtes.Cãdicãtes demũ ſunt cani-
cies:q̃n quidẽ pituitã imitant̃:quæ huiuſmo
di colorẽ parit.nõnunq̃ ẽt fuluæ ſunt cum
flauabilis pituite fuerit ammixa.

Cur ſenes redũdantes ſunt & uigilaces.redũdã
tes q̨dẽ quod ob ætatẽ frigidiores ſint & ĩ-
beciliores minuſq; cõcoquẽtes multas ad ſpi
ramẽta cogãt ſupfluitates.ſicci aũt qđ ſolida
ſint nacti corpa.& ob hoc uigilaces.ĩfãtes ue
ro humidis ſũt ſpiramẽtis:ſolidiſq; corpib⁹.

Cur pueri cũ humidi ſint:ac redũdãtes cani
cie nõ educũt:q̃m humidi & celidi ſunt: atq̨
pituita hũida & frigida eſt alioq̨ caluariã ẽt
habẽt capitis pelliculoſã:& patuloꝝ ſpiramẽ
toꝝ q̃ ſupfluitates quoq; educit: & adoleſcẽ
te ætate obdnreſcit & oſſea euadit ac denſi-
or:quapropter futuris ei natura præbuit ad
ſuperfluitates illic exalabiles emittẽdas ſolu
tio ex tẽperamẽto & corporũ opificio.

Cur mulieres & eunuchi celeriter caneſcunt?
mulieres quidẽ utpote natura frigidæ etiam
ab ocio cõplures cogũt ſupfluitates:mẽſtru-
is p̄ſertim deficiẽtibus.eunuchi porro quod
ſemen non amplius reddant.Verũtamẽ ſup
fluitatẽ habeãt ſemĩs genitricẽ : ad ſanguinẽ
per totũ corpus refuſam:q̃ ſane pituitoſa ẽ.

Cur iidẽ etiã glabri ſunt.mulieres q̨dẽ utpote
frigide dẽſa corpis habẽt ſpiramẽta:frig⁹enĩ
cõpeſcit:& aſtringit:itaq; nõ habẽt pili acceſ
ſum ad exeũdũ:eunuchi porro utpote humi
di & ualde redũdãtes. nam hac de cauſa loca
etiã in plurimo humore demerſa herbas ne-
quaq̃ germinãt:neq; pariter ad modũ arida
ſaxoſaq; caluoſis ſimillima.

Cur eunuchoꝝ pedes utplurimũ euertuntur?
qđ ob multã quã diximns humiditatẽ mem
bra humore irrigata & mollia habeãt:ac ob
id etiã ĩbecilliora.Corpis ita onus cũ ſuſtine
re crura haud quæãt euertunt̃:ita ꝓpemodũ
ut calamus cũ ei onus ĩpoſitũ eſt ĩflectit̃.at-
qui quod durũ & aridũ:idẽ etiã ualidum eſt
actioniq; de ipſo magis obſiſtit.humidũ aũt
& molle ĩbeillũ in agitãdoq; facile cedit id
ſane ĩdicãt ẽt ligna & pelles & funes. indicãt
etiã hoĩes : ex lauacris enĩ potibuſq; multis
ad agẽdũ q̨cq̃ reddunt̃ ĩfirmiores. Cõtra ue
ro ex moderatiõe mediocrẽ aſſecuti ſiccita-
tẽ ad agẽdũ multo cõfiimatiores accedunt.
hinc eunuchi q̨dẽ & effeminati ſũt ĩbecilles
nec iniuria etiã uiolẽti utpote magis pitui-
toſi:ꝓpea qđ frigidiores effecti ſunt ecõtra-
rio in diuerſum agi deſiderant uinũ certe na
tura calidum eſt.cæterum æthiopes utpote
ſicciores tortis ſunt capillis tenues muſcu-

los ad munia obeunda uigeri.

¶ Cur iidē uoce acuta ſunt:quod ex uberiore humiditate claſſe-
ſcens aſpera arteria fiat anguſtior.& ſpiritus anguſta permeans
loca uocē acutā reddat.per magis uero ſpacioſa:ut uiroꝝ uocē
ingētē edit.ſume nāq; tibi ex tibiarū uoci ductis ſimulacrū cū
plurimæ fuerint humiditatis īnatabūt.id uel ex eo manifeſtū:
quod obeſi fiunt & muliebres mām̄as educūt quoꝝ denſe pal-
pebræ & ꝓmiſſi ſūt capilli ac multa albicātes canitie.

Cur aliqui eunuchi aliq̄tenus uenerē appetūt: & aliqn̄ adamant:
quod multis cū pubeſcerēt teſtes ſubſecti ſunt aut illici: ac ue-
lut impfecti ſunt eunuchi. at qui iecore natura ſunt calidiore:
& genitalia uaſa habent ingentia:qui uſum uiſionē quidē conci
piunt:ſed nō pagunt quod cōcupiere:quoniā pudenda ipſa flac-
ceſcunt.ſiquidē qui cōtinue intumuit ſpiritus ipſa deſeruit: ut a
ſemine cōparabatur:& p ſæminalia ſpiramenta ferebatur ex eis
partibus quæ ſunt circa coxendices:ueluti in pueris decidentia
ſæminalia ſpiramenta obcecantur.

Cur in omni loco piloſo canicīe emittimus in axillis autē nō:q̄m
locus eſt calidus.nam & arteriis & uenis refertus eſt alioqui cū
patulis etiā ſit ſpiramētis pituitoſas ſupfluitates cōtinue ꝓfert:
quod indicat perpetuus ex eo ſudor emanans.

¶ Cur aliqui pudore offuſi aut lætabundi ex axillis ſudorē emit-
tūt.cuicūq; magis patulis ſunt ſpiramētis:cōuerſa ſiquidē de na
tura honore aut reuerētia dignū mediocriter cū ſanguine refu
git in maximas uenas atq; arterias:quæ repletæ exudant læta-
bundis autem in corpore relaxando:atq; rarū efficiando hoc in
axillis impenſius facere contingit.

Cur timentes palleſcūt quod natura noſtra uiſq; corporis impro
uiſa ueret̄ ne quid exttinſecus patiatur:quēadmodū nos quoq;
in domū ꝓfugimus ita ipſa quoq; ualde fugit tuendi ſui gratia
introrſum corpus.Cōtrahit aūt ſecū ſanguinē quo utit̄ nutri-
mento atq; uehiculo:utpote ſolo ſibi utili.idq; erat quod roſeā
rublcūdāq; cutem reddebat.

Cur etiā tremūt quoduis aīalis ad ſecū exagitatā naturā:pfugiens
neruos deſtituas quos cuſtodiebat particulas quæ ſub tremotē
nō cadūt ferēs:ſed ob hoc etiā cacāt & mingūt inuiti.nā claudē
tes ſupfluitatū ſpiramēta muſculi tū īpotētes ſupflua relaxant.

Cur gaudētes rubeſcūt:quod natura uoluptati ſuapte natura de-
dita decurrat ꝓut foris affuerit:ſicut nos quoq; amico:aut libe
ris noſtris hāc aūt ſanguis cōſequit̄:quē ſcimus ſuo colore cutē
reddere rubicūdā.palleſcūt aūt ex cōtraria cauſa.

Cur pudibūdi quoq; rubēt quod natura p ſeſe inſtructa alicuius
rei cōſcia quo honoris dignitatē nō amittat uerita ſit:ſicut inge
nua pupilla mediocriter ſubtrahit̄ introrſum & in corpotis ſe
recipit inteſtina.remixto igit̄ atq; pfuſo ſanguine ſanguinis co
lore cutis inficit̄:ſunt q dicāt ipſam tanquā tegēdi cauſam per-
fundi.nā ita manū quoq; natura dictāte opponūt faciei.

Cur præ formidine mortui aliqui cōciderūt:q̄m uis naturalis cū
ſanguine ītrorſum ualde refugiēs cognatā & uitalē caliditatē a
corde ꝓgenitā cōfertim oppſſam demergit:& exitiabilē ingerit
corruptionem hac ratione oleū multū & cōfertim lucernali flā
mæ infuſum:ipſam extinguit ſane proportionē habet qui i cor
de calor eſt cū lucernali flāma: Vt nō moderato mœrore affli-
ctati eadē ratione mortui cōciderint:quod exteriore motu inſi-
tus calor aboleatur quēadmodū obtectus ignis:quod non exa-
let interſtinguitur.

¶ Cur aliqui pudore.

Macrobius.

Quæ facit cā ut rubor corpo
ri ex animi pudore naſcat̄?
& ille natura inquit cū qd
ei occurrit honeſto pudore
& sanescentibus humida tantum imponuntur. An quod impuris detrahendum aliquid est: quod non nisi humor est alienus qui adimi debet. Genus autem medicamenti quod mordax acre acerbumque est id efficere potest & siccum magis quam humidum. At quæ pura sunt cicatricem tantum desiderant.

Cur morbis qui contrahuntur a pituita: libido immodica prosit. An quod sæmen genitale excrementi cuiusdam detractio est ideo naturam p̄ se fert pituitæ. Quod igitur multũ pituitæ concubitus detrahit iuuare iccirco potest.

Vtrum ergo inter initia mali cibum affere melius sit an post. An inter initia: ne iam penitus debilitato febris occurset. Igitur uel extenuandum protinus est: uel ita alendum. Sorbitionibus primum recreandum. Hæ namque mitiores: leniores: colliquabilioresque sunt. & alimentum hinc cape infirmum corpus expeditius potest. Nihil enim cibum in uentriculo resolui perseruer eque ante oportet quod non nisi labore cubantis fieri potest.

Cur intuendum urinam an concocta sit. nec ne profluuio intercepto mingendi potius quam perpetuo. An quod signum concoctionis urina exhibet ruffa quod quidem melius intercepto profluuio deprehenditur. Genus enim quodque humoris suum colorem plenius ostendit cum exiguum est quam cum multum est. nam in multo figuræ in exiguo colores conspectiores sensui obuient. Quod etiam in rore: sanguine: lachrymaque palpebris adherente patescet. Vrina igitur si continue dimittatur copiosior redundabit sin intercipiatur: iudex sui coloris certior erit. Quod si iam ex concoctione colorem traxit eiusmodi talis profecto apparere etiã amplius potest. cum lumen se refringat & tanquã speculũ fiat propter intermissionem profluii.

Quam ob causam corpus cui secundam conciliamus ualetudinem non densum sed rarum redduendum est An ut urbs locusq; quicũq; salubris est. qui placide aspirat. qua propter mare quoq; salubre est ita etiã corpus qđ spirãtius est sanitati opportunius cõstat. Aut enĩ nullũ recremẽtũ existet aut quod extiterit q̃primum excernatur danda opa est corpusq; est semp ita regendũ: ut simul atque excrementum admisit habeat qua parte illud excernat. sitque motui deditũ non quieti Quod enim manet putrescet: modo aquæ ĩmotæ. Puttrescẽs uero morbũ cõmittit. At qđ excernitur antequam uicietur decedit. hoc igitur ut corpore dẽso nũquã cõtigit. Fit enĩ ꝑpe ut ĩuisibilia foramina claudantur. sit raro solutoq; accedat necesse est. Quãobrẽ in sole nudo corpore minime ambulandum est. Spissatur etenim caro & cõcalescit: corpusq; parte ĩteriore humidius redditur. Quamtũ enim humoris residet abolet. quãtũ in testinũ est manet ĩtactũ. Qua rõe quoq; carnes asse lixis humidiores sũt. Ne pectore quidẽ nudo ambulandũ est. Ita enĩ uis solis corporis optime partis conditæ adimet. quæ nulla egeat dẽptione. Sed inferna potius eam desiderant. Inde igitur ut remoto nõ nisi cũ labore sudor educit. hic facile ob loci opportunitatẽ digeri potest.

Quã ob causam pnitionibus idest ambustis frigore tã aqua frigida quam calida ꝑsit. An qm̃ genus id uicii ex nimio humore cõsistit frigida igitur humorẽ adstringit. atq; exaspat calida in spiritum uertit carneq; elaxans: libertatem efflandi p̄bet spiritui.

Cur frigus pernitiones calor ambusta & facit & tollit. An ꝙ eadem uis colliquando facit exsicando tollit.

Cur potio febriẽtibus sæpe pausatim subministranda est. An ꝙ potio multa præceps defertur exigua lente incedens irrorat. madefacit seseq; insinuat corpori. Sicut enim in humo, si aqua large accesserit perfluet. si paulatim uero madefaciat tantũ. ita etiã in febribus agit. Nam & aquas fluentes siquis paulatim deducit. alueus humorem totum ebibit. Sed si tantũdem aquæ uniuersum dimiserit scaturigo uelox usq; eo profluet quo deducere libitum est. tum æger quiescere immotusq; quo ad maxime fieri potest: iacere debet, immotus inq̃ ꝙ ignẽ quoq; emarcescere certũ est ubi a nullo mouetur ne aduersus flati cubat quoniam flatus excitat ignẽ. sollicitusq; per auram ignis ex paruo magnus assurgit, obuelandus æger opperiendusq; ꝓpterea est quia si nullum igni concedatur spiraculum extinguetur. Ne ueste quidem exui debet donec in sudare occœperit. Vt enim subiectum hunc ignẽ uisui sic & delitescentẽ illũ naturæ humor extinguit. Adde in genere febrium intermitentiũ balneum. & fomenta pedibus admouenda. & uestem pleniorem superponẽdam & quietẽ agendã quibus p̄paretur ut corpus per quã calidũ sit ante accessionẽ. Vbi enim multum superest ignis, lucerna nequit ardere. exiguũ quippe ignẽ multus ille ad se trahit ita fit ut multum ignis in corpore præparandum sit febris enim exiguum continet ignem multusq; proinde ad se ducet exiguum.

Quartanis febribus ratio uictus extenuãda non est. sed ignẽ corpori interserendũ. Nec nõ exercitatione utendum. & qua die accessio instat lauandũ somnuq; minime quærendũ: huic uictus calefaciens ꝓdest quia febris q̃rtana imbecilla est. Nam nisi ĩbecilla esset q̃rtana non fieret. Vides ne quã ubi multus ignis pflagrat. lucernã suam asseruare flammulã minime queat. Multus enim ille exiguum ad se rapit. ergo multum ignis accendendũ in corpore est ut quod exiguũ febris cõtinet

restringatur. Sit igitur uictus cottidiani rõ quæ partim ignem partim rorem indat in corpus.
Morborũ alii ab igne: alii a rore creant. curat morbus ignis ros roris. ignis enĩ hic exiccat rorem.
Cur pelles recenter detracte maximeq; arietũ uerberum uulneribus & uibicibus admotæ & oua su per confracta prohibent ulcera ne consistant. An ratione utraq; humor colligi: intumereq; prohi betur. Pars enĩ collisa humorem trahit intumescitq; propter feruorem. Oua sua lenticia glutinãt atq; ita intumescere non sinunt: ut etiam in ambustis glutine agitur conglutinare possunt pelles quoq; ob suam lenticiam hærentes nimirum simulq; suo calore concoquunt inflãmationẽque se dant. Neque enim detrahere eas solemus nisi diebus aliquot post etiam qui ex sale acetoue perfri candum censent infãmationem tollere uolunt.
Cur cicatrices reliquo quidem in corpore nigræ oculis albæ inducuntur. An ꝙ cicatrix colorẽ prio ri contrarium trahit: scilicet quẽadmodum omnia quæ ægrotarint. Vlcera autem parte oculi ni gra contrahi solent. Verũtamen neq; in corpore statim nigrescunt: sed principio albæ sunt: neq; in oculo semper nigræ sed demũ uel ex toto uel magna ex parte redduntur.
Cur ferula oras siue ambitũ plage rubidũ mediũ album facit. Vtrũ ꝙ sanguinẽ pellit ex medio: qđ maxime ferit. qa in ordẽ se colligit & rotũda est. An ea qdẽ de causa sanguinẽ deinde redire opor teret. Rubedo autẽ nõ nisi concursus sanguinis est isq; in eum locum qui ictus est.
Quare cum membra a ferula uehementius feriuntur: medium carnis albũ oræ rubræ redduntur. Ligno eutem contra medium amplius rubet. An ꝙ ferula suam ob leuitatem: ubi uehementer ꝑ cussit. sanguinem residentem per summa dissipat. itaq; unde sanguis defuerit. mox ea pars alba exi stit: quo autẽ plenius fluxit: hic rubor ambit. Cũq; plaga intumuit. sanguis cito suam sedem repe tere non potest: quoniam & exiguus est: & relationem per accliue agat necesse est. Non enim nisi copia magna referri potest contra naturam. At ictus quos dura corpora inferant: affligunt: colli duntq; ponderis sui ratione ac robore. Afflictum itaq; medium cauum redditur: collisum autẽ ra rum existit. Collisio nãq; dissectio & distractio leuis est quod cum cauum collisũq; reddatur san guis ad id summus de oris undiq; fertur. Nam & aptus ferri dehorsum est & laxa expeditius subit ꝙ ea cedunt facilius. Vbi autem sanguis eo ipse se collegit efficitur merito ut medium ruaore tin gabur. Oræ autem quas desaruit albedine decolorentur.
Cur nigræ cicatrices hominum sunt qui uicio lienis tenentur. An quod sanguis eorũ corruptus est, ꝓpter admixtionẽ morbosi dilutiq; sanguinis qui aliene procedit. Cicatrix igit cute ꝑtenui sum maq; cõsistit. Sanguis uero ille quia ut dilutus & calidus sit niger est cicatricem nigrã transpectus utiq; ostendit. & quidẽ sæpius hac eadẽ de causa cicatrix nigrior fit. Sanguis etenim cutis ĩbecilli tate frigescit & calore euaporante acrior redditur. Senioribus etiam pari ratione cutis magis ni grescit: & natiuæ cicatrices acriores q̃ iunioribus habentur. est enĩ quasi uibicatum corpus eorũ totum: non ob aliquã cutis tennitatem: sed ꝙ calor defecerit.
Vtrũ quecũq; rei eiusdẽ causam obtinẽt uim habẽt eãdẽ ad agẽdũ. An nõ uerbi causa cũ uibices di scuti & ab ære: & a radicula: & a faba cõmãducata: & a pulmone: & ab argilla: & ab aliis huiusce modi possint singula ne ui eadẽ hoc efficiãt. an diuersa. An æs ideo tollit qm̃ rubiginẽ præ se fert quæ pro medicamẽto accipi põt. Faba uero: & pulmo & argilla eo ꝙ ad se attrahunt ꝓpter sui cor poris raritatẽ. Cætera quæ ꝑdicta aliis ex causis idem faciunt. An ultimũ quidã in his oĩbus idem est. Quod autẽ antecedit hoc discrimini fore nihil est quod prohibeat.
Cur cetære cicatrices nigræ oculi albæ consistuut. An ꝙ cicatrices colorẽ contrahunt contrarium parti in qua efficiuntur. At in parte oculi nigra fieri solent: ergo albæ afficiantur necesse est.
Cur ictus ferulæ dolorem amplius mouet q̃ aliquod duriorũ. ita enim depræhenditur si quis cum uerberat ratione considerat: cum tamen ictum durioris uehementiorẽ esse rõ potior exigit. Acri us enĩ ferit quod durius est: an ꝙ caro non solum cum percutitur: sed etiam cum repercutit dolet igitur a duris percuti tantum potest. Cedit enm propter eorum duriciem. At uero a ferula utrũq; sane accidit: ut & percutiat: & repercutiat propter ponderis leuitatem cum scilicet non cedat: sed renitatur ita ut ictus possit duplicari.
Cur thapsia & cyathus quæ contraria plane inter se sunt pariter uibices possint discutere hic prin cipio illa post. cyathus enim frigidus est. Quod etiã poeta ĩquit Homerus. Et gelido dentes defi xit in ære. Thapsia uero calida & urens. an ꝙ ut animo deficiẽtibus aqua cyathus uibicatis occur rit. obuians enim refrigeratio calorẽ prohibet educi e sanguine. qui per ictum ad sũma confluere corporis atq; concrescere solet. ubi calor decesserit. Fit enim ut perinde at si extra sit congeletur: cum sub cute est. propeq; abest: ut extra sit. at uero cum calori exitus negatur nõ concrescit: sed se rursum diffundit & sedem unde effluxit repetit. Quod idem tapsia quoque præstare potest. quip pe quæ caloris sui facultate prohibeat ne sanguinis gelescat.
Cur æneis quibusdam amotis ut cyathis. aliisque generis eiusdẽ uibices reprimi resoluique possũt: An quoniam es natura frigida est. ergo calorem effluere uetat: e sanguine quem ictus collegit.

eo nãq; per sũmã corporis exhausto uibex existit. itaq; celeriter ad mouendũ est ante quam gelet & thapsia uero ex melle illita eadẽ de causa iuuat quia enĩ calida est sanguinẽ refrigescere ꝓhibet

Cur si eodem in loco sæpius ulcus extiterit: cicatrix atra ducetur. An quacunq; parte ulcus se ostenderit. hæc admodũ debilitatur eoq; magis quo ulceratum sæpius sit. Debile autẽ omne frigescit. humorisq; plenum est. Quo fit ut nigrũ quoq; appereat. Et quidem ulcera magna & uetera cicatrice atra obducta uidemus. Sæpe autẽ ulcus cepisse non aliud est nisi ulcus diu habuisse.

Cur uibicibus cyatos admouere solemus An ꝙ locus quo icti fuerimus refrigeratur calorq; inde omnis decessit. Cyathus itaq; admotus facit æris frigiditate ne calor abeat.

Cur pili cicatricibus nequeunt exoriri. An ꝙ omnes meatus obcecantur & uariante quibus pili se promouere solent.

Cur ictus tumorem liuorẽq; suscipiant. An ꝙ de loco percusso humores disiecti in loca ꝓxima ruũt in quibus offendentes retroquent. itaq; coniuncta cõglutinataq; humorum copia tumor per collectionem exurgit. & si quæ uenulæ ruptæ sint cõfluuiũ id humoris sub cruẽtum fiat necesse est:

SECVNDA PARTICVLA QVAE AD SVDOREM PERTINENT THEODORO INTERPRETE.



Vr neq; ĩtẽto neq; cõtẽto spiritu. sed potius relaxato sudor ꝓueniat. An qm̃ retẽtus spiritus uenas implet itaq; humorem exire non patitur. ut in aqua fit uasis. quod in mare demissum dulcem intra se colligit humorẽ clepsydraq; ob id nominatũ est. Nequit enim effluere cum quis pleno iam uase partem alteram obturauit. Sed ubi per spiritus liberatem sudorem promere licuit. multus certe erumpit quoniam eo ipso retentu copia humoris paulatim collecta est.

Cur menbra aquæ immersa calidæ non sudent etiam si ex se ipsa recalescant. An ꝙ aqua liquescere non sinit. Sudor autẽ res uiciose adiuncta corpori est. ut qui per calorem excerni debeat.

Cur sudor salsus est. An quia motu efficitur & calore secerẽte quantũ alienum per adherentiam intimationemq; inest alimento ad sanguinem carnesq;. id enim ocissime segregatur quoniam nec aptum nutritioni est. & foras demum euanescit. Salsus uero propter id est. ꝙ pars quidem dulcissima. leuissimaq; tota ad corpus nutriendum assumpta est. Pars autem alienissima crudissimaq; tantum absoluitur. quæ partim deorsum collapsa & suasidẽt urina uocatur. partim in corporis sũma emergens sudor est. ambo tamen salsa ob eãdem causam prodeunt.

Cur magis parte superiore corporis q̃ inferiori sudemns Vtrum quoniã calor sursum tendit. superq; manet propterea humorem seeum trahere potest. An quoniã sudorem spiritus moueat qui sedẽ habet superiorem. An quia sudor non nisi humor est incoctus. quia licere humore pars humet superior habitus etenim corporis supra potius innotescit.

Quã ob causam cum manus exercitamus sudor maxime oritur. Modo cætere corporis partes pos situm suum seruent. An quoniam robur huic præcipue loco inditum est. Hoc enim spiritum cõtinemus qui parti robustissime ꝓximus est. Dũ uero laboramus uires augemus. his auctis magis spiritum continemus. Tum etiam cum hac perfricamur parte magis quam cum alia laboramus. Spiritu nanq; retento simul & perfricamus. & perfricamur dum ita exercemur.

Cur sudor capitis; aut nullum reddit malum odorem. aut minusquam reliqui corporis: An quia locus capitis opportunus spirationibus est. & quidem laxum se ipse demõstrat argumento exoriẽdi capili. Loca autem & quæ in locis tenentur grauiter olent. si spirandi careant libertate.

Quam ob causam qui se lucta exercent. si interposita aliquamtisper quiete luctentur. magis sudabunt quam si continue. An quoniam humor data sese colligit. quem deinde luctandi exercitatio educit. Continua uero illa modo solis corpora assicare potest.

Cur magis sudamus cum non longo interposito tempore sudor euocatur. An quia non humor tantum causa est ut sudemus. sed foraminum quoq; abditorum apertio. & corporis raritas. atque solutio. His igitur qui diu sudandi intremiserint usum: foraminum iter clauditur. At his qui crebro utuntur patefactum semper habetur.

Quare cum sol nuda magisquam induta calefaciat corpora. induta magis sudare soleant. Vtrum quia sol corporis deurendo foramina comprimat An quia uapores exiccet quæ minus possunt accidere indutis:

Cur facies maxime sudet: An quia quæ laxa; humida. solutaque maxima sunt hæc sudori se peruia exhibent caput autem fons esse humoris uidetur. & quidem pilorum lasciuia sedem hanc propter humoris copiam possidet. locusq; idem rarus gracilentusq; est. igitur secundum naturam transitus agitur sudoris.

Cur igne neq; uniuerso. neque per diminutionem oblato: sed per incrementa continua magis sudamus. Qui enim in caldaris ita se calefaciunt magis sudent quam si ꝓtinus tantumdem ignis ad

miserint An eo quod se modice habeat agat unde quodque ergo si tantum agit plus si fuerit non aget An potius ediuerso quoniā scilicet eo rem quodq; efficiat, quod se modice habeat, hac igitur de causa nihilo plus sudamus ubi plus additum sit. Sed quoniā modi finguli singulis respō dēt. quodq; iā egerit non amplius agit, hic fit ut modo aucto magis sudemus Neq; eni q; precedit ad singula & præparat ut res subdita apta sit, idem potest etiam opus efficere, sed aliud hoc fūgatur officio necesse est. Parum itaq; potius quam multum caloris præcessit præparauitq; cor pus ad sudandum sed ad efficiendum alio certe amplioriq; modo opus est hoc enim effici ab eo nō potest, quod prius agebat, sed aliud post desideratur quod modū obtineat cōuenientē.

Cur detergenti magis profluit sudor quam residere sinenti. Vtrū quoniā refrigerati extrinsecus contingat. An quod sudor extrerior ueluti oprrculum foraminibus adhæreat corporis, ita ne interior se promere possit.

Qua de causa ruta, & uonnulla pigmenta sudores fœtidos moueant. An quia quorum od or graui taté præ se fert hæc humoribus sordidis admixta fœdum mouere odorem possunt.

Cur tergo magisquam priore parte sudamus. An quod in parte priore locus sane intus habet in quem humor deducitur quod in posteriore non est, sed foras ibi excernatur necesse est hoc idem etiam facit ut uentre minusquam pectore sudemus addo quod sudorem terga magis seruare possunt & posterior ps magisquá prior, quoniá prior magisquá posterior refrigerat qđ etiá causæ est ut alæ citissime: atq; maxime ualeant resudare, uidelicet qa minime refrigerantut, ad hæc posterior carnulétior pars est quá prior, & ,pinde humidior Causá uero cur humidior sit medulá habet: quæ per spiná tendens multū humiditatis afferrepossit.

Cur ea parte qua iacemus sudare non possumus an quoniá pars qua tangimus cum plus quam mo dicum sit incalescens prohibet ne permeet sudor. Rasiccat enim atq; assumit itē cōprimit eá partē sic euenit hæc uero sanguiné cōpressa diffūdit quo diffuso satis refrigerať arguniéto sane torpor est. Quippe q nō nisi frigoris iiuria fiat, atq; effici uel afflictu uel ictu soleat.

Quare qui dormiūt magis sudát. An circū obsistēdi rarione euenit. Calor enim parte interna colle ctus potest expellere humorem.

Cur facie maxime sudemus, cū in ea minimū carnis sit, an quod expeditius illa sudare possunr, quæ humida laxaq; sunt: Caput autem tale est, Continet enim suam plurimá humiditatem q; utiq; ue narum ratione patesit quæ hic pertendunt. Distillationes quoq; ex capite oriuntur & cerebrum humidum est. & foramina per multa in capite habentur, quæ tanmulra esse, ac foras usq; perten dere capillorum inditio constat, igitur sudor non a partibus imis sed de capite oritur: Vnde etiam fit ut primum & maxime fronte sudemus. Prima enim frons subdita est.

Qua de causa q sudét, si uel aqua uel flatu refrigescát nauseá. Vtrū qm̄ humor qui ex fluxu con tinuo minime quiescere possit, hic refrigescens in parte priore uniuersus constiterit. An q; spiri tus qui foras uersus proueinés in sudoré ob frigoris occursum conuertitur. Hic intus ante friges cens quam exeat transeat in humorem, atq; in eá parté incumbens nauseá moueat.

Cur in capite pedibusq; incalescentibus sudores maxime excitantur. An quoniá humorem ad se mē bra incalescentia trahunt humor autem partem qua absumatur nullam habet cū ea loca ossibus scateant, itaq; ut excidat foras necesse est.

Quare qui laborant ubi a labore destiterint sudare incipiunt. Nam si labor causa est cum laborant sudare debent, utrum quod inter laborandum uenæ spiritu inflate comprimi foramina cogant: data uero quiete laxæ considéant itaq; per ampliora iam facta foramina expeditius humor per uadat. An quoniam cum laboratur, spiritum ex coherente humore motus secernit, & calore quia a motu excitatur humor in spiritum per summa corporis extenuatur cū uero a labore cessatū est. simul & calor desinit & ex spiritu spissescente humor qui sudor appellatur consistit.

Vtrū per æstaté potius. An per hiemé sudor mouendus sit. An tunc opportune sudarur cum humi diora corpora suut neglectaq; difficiliora redduntur: igitur perhiemen potius conuenit. An ma gna per id tempus mutatio sit, nec excrementa concoqui possint, cum cælum contra naturam frigeat igitur p æstaté potius mouēdum Quippe cū humores per æstaté potius oēs putrescere so leant qua,ppter exhauriēdū tūc est ut etiá ueteres oés autores hac eadé de causa cēsent.

Quare cū corpus assidue fluat, effluxusq; ipse de excrementis ,pueniat corpus lauari non possit nisi sudauerit, an quia minus excernitur quam: satis sit. Cum enim ex humore mutatur in aerem plus de minori existat necesse est. Humor enim quicunq; copiosius cum se discernit redundat, diutius q; ob eam rem profecto excernitur. Lenta item glutinosaque excrementa ut cum humore pro pter mixtionem excerni possunt ita cum spiritu nequeunt. quæ quidem res maxime officere potest. Hic etiam uomitus magis qui sudores corpora leuant. qm̄ ea ipsa excreméta educunt ut q crassiores corpolentioresq; sint. utq; cū carni quidé ,pculis locus sit: qui lentá illam glutinosamq; materiam continet, itaq; non sine magno negotio dimouendi datur facultas. Ventri autem e uici

no est. Aut enim in eo constit aut prope. quo sit ut difficile queant aliter educi.

Cur minus inter laborandũ sudamus quam cũ relaxati labore quiescimus. An quoniá cũ facimus laboramus. cũ fecimus laborauimus igitur plus tunc ratione excernitur. Alterũ enim fieri est alterum esse. An quia cũ laboramus carnis foramina retento spiritu obseruátur. Cum autem relaxauimus aperiuntur. quo fit etiá ut spiritu retento minus sudare possimus.

Quáobrem non in currendo agitandoq; corpus sed postea quam cessatũ est plus sudoris euadat An riuus quéadmodum manu. uel aliquo fluens undiq; aqua obstrusa se colligit. relaxatq; demũ copiosior profluit quá ante sic etiam inhiberi eadem a spiritu potest. ut in uase cui nomen clepsidra. Atq; etiá in uesica. Cohercetur enim detineturq; intus humor a spiritu. pari igitur ratiõe cũ corpora motu uehementiori citantur, spiritus intus circunuenitur cohercetur q; itaq; uenæ etiam distenduntur ac intumescunt. cum humor se educere nequeat. Quod cum uniuersus cohercéatur spiritu post relaxato uniuersus erũpat necesse est.

Curt si quis cũ biberit cibũ sumat minus sudet. An quoniá cibus ingestus humoré attrahit quasi spongia. Est enim non parũ rei impetũ retrorsisse. quod uel fluentoꝝ constat argumento. ita enim cibo quoq; ingesto meatus appræhendisse plurimum ualet.

Cur trepidantes pedibus sudamus nõ facie. Rationabilius enim tunc pedibus quoq; sudetur cũ corpore toto sudamus. locus hic enim frigidissimus est, quáobrem pedes minime solent sudare. & quidem medici in aduersis ualitudinibus pedes potissimũ operiendos præcipiunt, quoniá frigus hi quam facilime sentiunt itaq; rigoris inicium reliquo etiam corpori expedite committunt. An ꝙ trepidatio non caloris de sũmus locis ad ima transitio est. ut accidit iu metu ex quo alui etiá metuentium sæpe funduntur, sed eius incrementum potius caloris accedit ut in ira. quippe cum ira feruor cordi suffusi sanguinis sit & trepidans ipse non metu refrigerationeq; sit ita affectus. sed membri ipsius affectione.

Cur iidem facie non sudant. sed erubescunt. an quoniá amplius in calescunt. itaq; facié calor afficcat errans per sũma pedum tamen humoré propterea liquæfacit ꝙ ut minor est quá ut exiccet sic maior in sito præconditoq; calore naturali est ut sudoré ciere possit.

Cur dormientes quá uigilantes sudare magis solemus. An ꝙ sudoris origo in trinsecus est, interna auté calidiora habemus ergo calor intimus humoré diffundens in timum educit. An humoris aliquid semper a corpore effluit. Sed late. quia nihil solidũ est cui humor occurrés se colligat. Argumentum cur ita sit ꝙ partes cauiores assidue sudant.

Cur in caldariis tũ magis sudamus cũ tempus frigidũ est. an quoniá calor ꝓpter frigoris obsitentiá foris euadere non potest. Arcetur enim. Verũ intus se peruoluens; ac insidens humoré soluit iuteriorem. Sudoréq; ex eo producit.

Cur sudor utilior est qui corpore nudo currenti prodierit etiam si minor sit quam qui sub ueste se ꝓmserit. An ꝙ laborasse quá non laborasse melius esse perpetuũ est. & sudor uero qué labor præstiterit. eo melior est qui sine labore ꝓuenisset, & qui maiori cũ labore melior quá qui cũ minori. maiori auté cũ labore is est qui nudo corpore currenti ꝓdierit. Ná nisi admodũ cursũ intenderit. sudare non poterit qui nudus est. Vestitus cõtra celeriter sudat, etiá si parũ se concitarit propter uestis teporé. Et uero coloratiores redduntur. qui nudi cursũ æstiuo tépore agitant q̃ qui cũ ueste quia ut oés qui loca libera aspiratioraq; incolũt melius coloranť: q̃ qui ĩpedita & silentia tenét. sic etiá seipse quisque coloratior est cũ ueluti spiritui afflanti placide patet, quá cũ perstrictus obductusq; a calore nimio angitur. Quod certe his accidit magis qui uestiti ꝑcurrunt. Hinc etiá fit ut qui nimis dormiunt minus colore hilarentur quam qui se modice somno recreant. Ná dormiens quoq; ipse astringitur & ꝓpemodũ strangulatur.

Cur pedes in trepidatione sudát. & nõ facies cũ in muneribus uitæ oĩbus ut facie maxĩe: sic pedibus minime sudamus. An quia trepidatio metus quidé sup re ĩchoáda é. metus aũt refrigeratio partis superioris est Quáobré facie quoq; pallent qui trepidát: pedibus ité sollicitátur & palpitát. Sic enĩ trepidantes hoĩes faciũt: seseq; quodá modo exercent: quæ ꝓpter ea ratione parte sudare solent q̃ laborant. manus etiam assollent perfricare: & se modo inflectunt modo extendunt etiam sæpe exiliunt: neque etiam unq̃ quiescũt. Sunt enim exciti ꝓpensiq; ad negociũ quoniá calor eorũ se collegerit in pectoris loco qui corpulentior est q̃obrem undiq; cũ eoipso calore tum sanguine turgescéte æfficitur ut motu uario crebroq; agitentur. Sed pedibus maxime insudant: quoniá pedes per petuo tenentur laborare: cũ ceteræ corporis partes quietem aliquam conseq per situs mutationem motionisq; possint.

Cur in caldariis igne neq; uniuerso: neq; decrescente assiduo: sed per in creméta cõtinua oblato magis sudatur. Plus enim ita educetur sudoris quá si principio statim ignis tantũdem affluerit. An ꝙ principio multum ignis adhibitum. carnem cutemq; sũmá sicciore occupás urit. atq; in modum testæ in durat. quæ cum talis reddita sit sudorem arcet. obstruditq;. Paꝝ át contra carnem relaxás

rarefacit:sensimq intestinum humorem excitat:ut secerni educiq possit. Carne autem rara plus ignis adhibitũ.& corporis ima facile subiens humores iam inde præmollitos in uaporem conuertit parteseq eorum prætenuens secernens educit cum spiritu.

Vtrum per æstatem potius an per hiemen sudor mouendus sit. An hieme calor intus se contrahẽs concoquit extenuatq in spiritum humores interiores ꝙ cum omnes:aut certe maxima pars consumantur.nullam sui excretionem admonent faciendam. At in æstate cum per raram solutamq carnem calor euadat.humores minus concoqui possunt intestini.qua de causa exhauriendũ omnino est.quoniam si permanserint temporis eius qualitate putrescent:morbosq contrahent. Putrescit enim quodq externo calore. Nam ut suo quodq calore concoquitur : sic externo putrescit. igitur per æstatem externus prævalet calor:exquo fit ut quæuis in æstate putredinem sentiant. per hiemem uero quia calor suus ille ac domesticus dominatur.hinc tempus hoc minime creare putredinem potest.

Quam ob causam cum sudor calore uel interno uel externo fieri soleat.euenit ut horror nõnullis sudoribus possit excitari. An quoniã sudor qui ex calore prodit:interno.se scilicet de loco amplo in breuem corporis dico ambitum contrahente.primum caloris meatus:& circuitus patefacit deinde horror carne iam madefacta ex toto caloreq exeunte citatur. Calor autem qui extrinsecus mouer primum summa corporis aperit rarefacitq.tum calor naturæ internus profluens excitare horrorem potest.

Cur calidi sudores frigidis meliores habentur. An ꝙ omnis sudor excrementi cuiusdam secretio est parum autem excrementi amplius incalescere consentaneum est. plus autem non æque sed minus itaq sudor frigidus excrementi multi indicium esse potest quocirca morbos quoq his facit longiores.

Cur minus ad ignem multum sudamus cum tamen pro calore sudor omnis moueri soleat. An quoniam humor aut corpore uæhementer calente in spiritum dissoluitur humidum. Aut cum proueneritad eo cito calore nimio exiccatur ut sensus sudoris multi eripi possit.

Cur ad solem acrius calefacientem corpora quæ in nullo indumento teguntur nihil pene sudant. Quæ autem satis ueste intecta sunt copiosissime sudant. Eandem de hoc etiam quã de superiori causam reddendam censemus.

Quam ob causam cum motus acuti magis hebetes minus calefacere posse uideantur.ingressus tamen per accliua qui hebetiores sunt magis mouent sudorem prosistuntq spiritum quasi amplius calefaciunt q̃ decliui. An ꝙ graui cuiq ut ferri deorsum secũdum naturam est sic ferri sursum cõra naturam est.itaq caloris natura quæ nostra prouehit corpora:ut nihil per decliue laborat sic p accliue præssa orere nititur acriusq ob eiusmodi motum incalescit & sudorem mouet : & spiritũ prosistit. Quinetiam corporis uarius inflexus nõnihil afferre cau æ potest ut directa spirandi reciprocatio auferatur.

Qua de causa cum sudor moueri soleat quo magis quis sese operuerit. Non hi sudant qui uestẽ plurimam admiserunt. Eadem etiam de hoc ratio quæ prius reddenda est.

Quam ob causam cum corpora sicciora magis per æstatem quam hiberno tempore sint.sudori magis in æstate pateamus. An ꝙ per æstatem propter corporum laxitatem non multus naturæ calor cõtinetur humoresq proinde resoluere in spiritum potest. Per hiamen autem parte exteriori densata corporũ calor frequens naturæ cohercitus.humorem minime in spiritum resolui patitur adhuc æstate humoris multũ haurimus. Hieme autem econtrario agitur.

Cur sudores qui corpori bene ualenti sponte prouenerint his deteriores habẽtur:quos labores citarint. An ꝙ labores excrescentem humorem exhaurientes carnem efficiunt sicciorem ut cauernæ foraminum sanitati sunt opportunæ:& per caloris transmissionem fieri nulla possit obseptio siue opilatio. Sudores autem spontiui appellati qui ex necessitate oriuntur. cum scilicet foraminibus naturæ ab imodico humore cofusis.calor non omnino occupatur ac uincitur:sed repugnare adhuc extruderéq humorem potest. Hi recte pro signis morbi habentur futuri. Nam etiam calor ipse a largiori humore quã qui modicus secũdũ naturã sit hebetatur & caro plene madescens:pessimum ad secũdam ualitudinem concipit habitum.

Cur tempore hiberno minus oriuntur sudores : nec nos per id tempus sudendum æque censemus quãuis corpora humidiora tum constent. An minus sudamus:quoniam humores per hiemẽ cõcreti coactiq sunt uehementer.quare minus dissolui tum queunt. Sudandum autem minime per hiemem censemus.quia corporis eiusmodi dispositio salubris est. Qui autem mouet sodorem labefacta:confunditq habitum corporis atq etiam laxiorem quam conueniat eundem habitum reddens simul & intimum calorem educit diminuitq ut non æque gelido cælo possit resistere:& humor externus expeditius se corporibus inserit cum laxiora iam foramina propter sudationem habeantur.

TERTIA PARTICVLA QVAE AD VINI POTVM ET VINOLENTIAM PERTINET THEO. INTERPRETE.


Vam ob causam uinũ cũ calidũ sit uinolẽti nõ calent:sed frigẽt:& dolore laterũ cæ-
terisqꝫ huiusmodi uiciis excipiunť. An ꝙ multũ humoris cũ refrigeratũ est multum
frigoris cõcipit:ita ut calorẽ superet naruralẽ. Fit eteñ simile intrinsecus carni : ut si
uestis nimio madefacta humore rigorẽ ꝓinde acrius frigoris admittat.
Qua de causa nõ qui uæhemẽter sed qui leuiter se ebriauerũt delirãt. An ꝙ neqꝫ tam
parum biberũt:ut similes sobiis sint. neqꝫ adeo multũ ut soluãtur & langueant:quo-
modo efficiuntur qui multũ hauserint. adde ꝙ sobrii rõne iudicant penitus:temulenti ne tẽptant
quidẽ aliqd iudicare leuiter ebriati iudicãt:qm̃ quidẽ uino nõ penitus detinenť. Sed praue id faci-
unt:qa sobrii nõ sunt:quo fit ut mox & cõtẽpnãt alios:& contẽpni ab aliis seipsi existiment.
Cur magis crapulã sentiunt qui diluciusculũ bibunt q̃ qui merũ ex toto. Vtrũ suæ tenuitatis cau-
sa uinũ temperatũ expeditius loca plura angustioraqꝫ subeat intẽperatũ autẽ minus facere id pos-
sit itaqꝫ difficilius educi potest quod dilutũ est. An ꝙ merũ minus bibiť utpote quod multũ bibi
nõ possit:magisqꝫ uomitu reiiciť. Ad hæc merũ ut cætera cõcoquit:qia calidus est:ita etiã seipm
consumit. Diluto autẽ illo ecõtrario agitur.
Cur semẽ genitale ebriosoꝝ magna ex parte infœcũdũ. An ꝙ habitus corporis eoꝝ ꝑhumidus est.
Semẽ autẽ nõ quod homidũ:sed quod cõstat crassũqꝫ est:hoc uim obtinet procreandi.
Cur ebriosi tremũt:& eo malis quo liberalius merũ hauserint. Absurdũ eñ id esse uideri potest:qñ-
quidẽ uinũ calefaciẽdi uim habeat & temor ex frigore præcipue soleat ꝓuenire. Itaqꝫ qui rigent
maxime tremũt. Sed tñ multi cũ mero tm̃ cibi gratia uterentur. tremores uæhemẽtes adeo exce-
perũt:ut hoĩes præmẽtes reiicerẽt & aqua perfusi calida nihil sentirent. An quod tremor tũ oriť
cũ corpus admodũ friget:scilicet aut calore intus circũsistente ob externi frigoris uiolentia ut hi
berno tꝑe fit. aut naturali calore extincto:quod fieri solet. uel qualitate cõtraria. uel ætate : ut se-
senectute. uel externi coloris excessu quod his sane accidit qui ui solis. aut ignis deurunť. igiť his
ẽt idẽ obuenit q mero abutũtur. uinũ eñ califica sua facultate ãplificata plusq̃ uires corꝑis patiã
tur calorẽ ꝓpriũ corꝑis se ꝑmiscẽs extingui. Quo extĩcto refrigeratoqꝫ corꝑe accidit ut tremores
oriunť. Quinetiã ꝑter oẽs refrigerãdi modos quos ꝓposuimus. ille quoqꝫ notať:ut deleta materia
q̃ qsqꝫ calor sustentať & aliť:calor etiã ipse deleať quod lucerna inter res ĩanimatas demõstrat. qꝑ-
pe quæ dẽpto oleo lumen amittere cogatur. Senectus uero inanimatoꝝ genere illud idẽ efficit. Et
morbos longus diutino cõsumptu corpus in tabẽ rediẽs. Alimento nãqꝫ deleto uel extenuato ca
loris euenit:ut calor etiã ipse deficiat. Calor eñ humore aliť : nõ tñ quolibet humore sed læui &
copioso. q̃obrẽ tum his qa prædictis tenenť uiciis tũ ætate ꝑfectis. exolescẽte alterascẽteqꝫ tali hu
moris genere. Fit eñ pro leni & pingui acre & siccũ euenit ut calor ipse deficiat. patẽt hæc argu-
mento auxilioꝝ quæ his impẽdimus qui ob marcorẽ e uita abeũt. fit eñ ut eoꝝ uirtus uiciať cũ
aliquid nutriẽtis humoris instillatũ est:utpote cum eiusmodi humoris defectu resolutio illa eue-
niat. mero igiť hoĩbos deditis causæ id esse uideť. Vinũ eteñ calidum corporis caliditati naturali
cõiunctũ efficacius porro quæ calor proprius sibi subdita pro alimẽto obtinet:cõsumit. Vnde fit
ut alios ex his aqua intercus præmat alios fluctio alios alia deiectio & pleraqꝫ alia uicia eiusdem
alui exerceãt. nã & reliqui humores acerbi ineptiqꝫ remanẽt:& qui liquidi extrinsecus aduenerũt:
crassari ob ĩbecillitatẽ caloris ꝓprii nequeũt. Calor aũt ipse imbecillis ꝓpterea manet : qm̃ mate-
ria qua cõtineri adhuc põt imbecilla est. quomodo ignis quẽ arũdo reddiderit:Hic eñ ꝓpter ma-
teriæ imbecillitatẽ infirmior est quã qui a ligno præstatur
Cur uinolenti cũ uinũ calidũ sit. rigere tñ solẽt citissimeqꝫ laterũ dolore cæterisqꝫ huiuscemodi ui-
ciis excipiunť. An ꝙ multũ humidũ cũ refrigeratũ est in multũ frigidũ se cõuertit ita ut calorem
superet naturalẽ. Quæ aũt sunt humidiora. eadẽ oĩa naturæ calidiora occurrũt. Argumẽtũ ꝙ re-
bus externis calescimus nõ humescimus. Verũ si minus calida quã humida sint. accedet ꝑfecto ut
suã caliditatẽ potiusq̃ humiditatẽ amittãt. humore igiť frigido remanente non sine causa uinolẽ
ti amplius rigẽt & uiciis rigoris propriis patiuntur:
Cur pueri cũ natura sint calida uinosi non sint cũ scythas & uiros & robustos qui certe oẽs habitu
sũt calidiori cõstat eẽ uinosos. An ꝙ uiri nõ calidi solũ:sed etiã sicci sunt. Virilis eteñ habitus ta-
lis est pueri calidi sunt & humidi. Vinositas autẽ humoris cuiusdã libido est. itaqꝫ humiditas facit
ut pueri minus sitiant. Cupiditas quippe nõnisi indigẽtia siue desideriũ quoddam est.
Cur temulenti aquas salsas uiciosasqꝫ magis sentimus sobrii minus. An ꝙ suũ quodqꝫ a suo nihil
afficiť:simileqꝫ indomitũ a suo simili persistit. Cõtraria uero a cõttariis potius sentiunť. Vinolen
tus itaqꝫ ꝙ dulces intra se cõtinet humores. Nã uini natura talẽ esse uidemus hinc uiciosi saporis
sentiens magis est. Sobrius autem ꝙ acres salsosqꝫ habet saporem eundem præcipere non potest.
Admisso itaqꝫ cibo excrementicii redundant illi & fluitant:ut & ipsi a suis similibus affici neque-

ant & hominem sensus huiuscemodi reddant expertem.
Cur grauiter a uino detentis omnia circunfieri uideantur, iamque inter initia ebrietatis res semotas cernere nequeunt itaq; indicium hinc uinolentie nonnulli deducũt. An quia cõspectus frequenter a calore uini cõpellitur, atq; commouetur. Nihil uero interest cõspectus moueat an res cõspectui obuia. Fit enim ratione utralibet, ut id quomodo dixi uideatur. Et cũ ꝓpinquius etiam in rebus conspectũ uinolentorum falli eueniat multo magis idẽ in remotis accidat consentaneum est. Quãobrẽ illas uidere penitus nequeunt, propinquas autẽ aspicere quidẽ possunt, sed non quo sunt posita loco. Circunfieri autẽ tantũ non etiam ꝓpe proculq; uicissim agitari uident q̃m procul ob circularem mouendi rationem conspectus nequeat progredi. Haud enim facile est contraria simul agitari. Appetitio autem que profluit ad elongatiora uæhementio est. Circularis uero figura, quam nomen ipsum declarat continetur. Prope igitur a procul uicissim conspectus deferri: ea de causa non potest: & si ita feratur, rem tamen eandẽ cõtingere nõ queat. Quippe qui uice alterutra tẽporis eodẽm in loco rẽ quã intuetur relinquat. Cunque reliquerit intueri nõ possit circulo autẽ suæ figuræ causa uidetur. Est eteni conus cuius basis circulus est: in quo se agitans ipse conspectus rem quidem percipit eandem: quia nunquã sibi rem subiectã deserit: Fallitur tamen in loco: quia nõ eodem intuitu rem contingit: nihil eni interest utrum res ad aspectum, an ad rem aspectus moueatur.
Cur uinolentis res una plures interdum esse uideatur An quia ut dictũ est iam aspectus cum commoueatur euenit ut nullo tempore idem uisus in eodem quiescat. Quod autem eodem tempore uarie cernitur id serius occurrisse uideri potest. Quod enim cernitur non nisi conspectus tactione sentitur. Fieri autem nõ potest ut idem pluribus simul attingatur q̃d cũ nullũ sensum admittat id tempus quod interpositum tempora distinguat, quo rem conspectus attingit. & quo repetit efficitur hinc ut tempus unum esse uideatur quo attingitur. Quoq; repetitur, itaq; cõ plures aspectus rem eandem attingant eodem tempore plura esse uidetur, quod unum conspectui subiacet quoniam fieri non potest, ut res eadem modo eodẽ attingatur.
Cur uinolenti concumbere nequeant. An qnoniã pars quedã magis caleat quã reliquũ corpus oportet, quod in his fieri non potest, ob nimium totius corporis feruorem. Extinguitur enim calor motionis internæ obtentu caloris occupantis quoniam multum in his inest quod humidum crudumq; officiat. Ad hæc a cibo proficisci necesse est. Cibus autem omnis concoquitur quo satiati ad uenerem plane incitamur. unde hac de re plærique prandere large cenare parce præcipiunt, ut cruda insint quam concocta pauciora.
Cur si quis uinum dulce ac merum aut cyceonem interpotandum hauserit sobrius ꝑsistere possit. & cur minus ebriantur: qui calice amplo fœcundoq; hauriunt. An oĩum eadem illa ratio est ꝙ superficialis calor ita supprimitur. Violentia eni tum oritur cũ calor sedẽ capitis totã occupauit.
Quam ob causam cum uinum dulce aptũ sit fluitare, siquis temulentus dulce super admisit haustũ uinum concoquitur minusq; infestat an quia uinum dulce lene ac lentum est itaque foramina obsarcit, atq; intersepit. Austerum contra exasperans rigidum est. facilem item ascensum calori hoc præstat. Dulce autem obstrusũ foraminum calorem arcet ac inhibet. Vinolentiam uero parte concalefacta superna oriri dictum iam est. Addo etiam quod uinum dulce in odorum austerum autem odorũ est odor autem omnis caput temptat & ingrauat.
Cur a uino diluto meratius tamen caput postridie magis dolemus quam ex mero. An merum quia crassius est foramina capitis angusta subire ipsum non potest, sed uim suam atque odorem & calorem tantnm transmittit. Dilutum autem illud quoniã per aquæ admixtionẽ tenuius factũ est facile ipsum subit ac penetrat, cum tamen partem corpulentiæ facultatisq; meri non mediocrẽ adhuc retineat cõcoctu difficilis est, nã & humida uel humores omniũ difficillima cõcoqui & corpora lõge peruicaciora, quã facultates eorũ persistere nouimus.
Cur inexercitati magis quã exercitati ad uinolentiã usque potare, & uino facilius solui possint An quoniã qui excremẽta humoresq; in se continent uriuã copiose profundũt: Quod facit ut plus bibi & leuari facilius possit quoniã nõ multi uinosi humoris in uentre remaneat. At qui inexercitati humidi sunt excrementisq; redundãt, exercitati cõtra sicci siticulosiq;, ut uini humor sese totũ insinuare corporibus possit. Statĩ igitur hic uini impetus urinã retractat, & post humor hic in corpore insidens grauitatẽ creare nimirũ potest.
Cur uinũ alios tardos alios superbos reddit atq; insanibũdos contrario enim affectu id agitur quã doquidẽ alteri magis: alteri minus mouẽtur. An ut Cheremon ait. Vinũ sese pro moribus utentiũ applicat. Contraria igitur reddit, nõ quæ eadẽ: sed quæ sunt dissimilia ut ignis alia exiccat, ali humefacit, sed non eadẽ. & quidem glaciẽ liquefacit salem indurat, nã & uinũ ut quod suapte natura humidum sit, homines tardiores incendit redditq; mobiliores, contra mobiliores dissoluit atq; retardat. Vnde plerosq; melãcolicos penitus resolui: labiq; ĩ crapulis nouimus. Vt enim balne

um corpora perstricta duraqꝫ relaxat.agilioraqꝫ facit humida uero & mobilia dissoluit atqꝫ infirmat.sic uinum quasi interna hoīs diluens ita afficere potest.

Quid est cur brassica sædet crapulam.An quod succū dulcē discutiētēqꝫ obtinet.Vnde medici eā aluo infundunt.frigida autē ipsa est.Argumētū quod ad alui uæhemētes deiectiones medici ea utūtur.Excocta in plenū & suo callo purgata refrigerataqꝫ.Fit igitur detētis a crapula ut eius succus humores in aluū pertrahat qui uinosi crudique tenentur & ipsa supra in uenrricuIo remanens corpus refrigeret.quo fit ut tenues humores ad uesica labant quod cum humor utrinque educatꝰ corpusque refrigeretur.recte liberari a crapula possint.Vinū enim humidū atque calidum est Euenit ad hæc ut cū humores deorsum se trahunt atque excernunt flatum etiam secū deducant qui si per uinū liceat in caput se efferens grauitatem creat & crapulam.Sin autē deorsum se uertit corpusqꝫ ob causam prædictā refrigeratū est.dolor crapulæ oīs tollitꝰ.Est enī crapula feruor quidam & desinēs inflammatio.que plus conflictat quā temulentia ꝙ mentē illa q̄tit & alienat:crapula autē mente sibi constante dolorem admouet:ut etiam qui febre urgente ludunt potiusq̄ dolent.iidem ubi leuati malo fuere atqꝫ ad se redire.indolere occipiunt.Hoc enim idem in crapula quoqꝫ & in temulentia euenire solitum est.

Cur uinū dilutius tēpatū uomitū magisq̄ merū q̄ aqua ꝓuocat:an ꝙ ea maxīe uomitū mouēt quæ ī natare sol ta quæqꝫ insuauia fastidiosaque sunt.Vinū autē reprimēdi uī obtinet.Aqua tenuis nec insuauis est.Quot igitꝰ tēuis est cito pro sui tenuitate descendit.ꝙ nō in suauis stomachū nō ꝑturbat.Vinū autē nimis dilutū nec ita tenue est.ut ꝑfluere possit celeriter & fastidiosum est ꝙ parum obtinet uini.Sensum enī cōturbat.quia plures motus in eo excitat.Scilicet quē uinū quēque aqua efficere potest:ambo enī sentiri queūt q̄d autē fuerit modice tēperatū id sensū penitus aquæ tollit.Viniqꝫ mollis delinientisqꝫ sensum acōmodat.Exquo suauiter bibi pōt.sed cū uinū īmodice dilutū ita insuaue est.tum innatare redundareqꝫ solet.q̄d autē tale est uomitum id facile ciet.

Cur uinolenti aquas salsas & uicinosas meliusq̄ sobrii sentire possumus An quoniam dura & tristia certius ab his sentiuntur:qui minime cupiunt.Latent hæc enim cupientes & sæpe fallunt.At uero qui læte se habet is non cupienti similis est.Qui autē in tristitia est cupientis hic gerit affectū sobrius autem ita se habet uinolentus contra satiatus repletusque est.

Cur penitus uinolentis res omnes circunferri uidentur.& cum amplius uinum attingit: nequeūt q̄ procul posita sunt euumerare quocirca nōnulli hic uinolentie indiciū trahunt.An quia conspectus frequenter a uini calore commonetur Queadmodū igitur si sub oculo presseris rem obiectam geminari uidebis.sic etiam uinolentis accidere illud potest.Nil enim interest utrū supresseris.an aspectū cōmoueris:nec utrū extrīsecus:an intrinsecus.idem enī obuenire:uel accidere utraqꝫ rōne cōspectui pōt itaqꝫ res obiecta minime cōstare uidebitꝰ:atqꝫ etiā magis quæ ꝓcul abest.nā eo obtinebitur minus quo se longius aspectus deducat ꝓpinquitas etiā illa mouēdi amplius ad extremū absoluere interuallū pōt.Item si æquabili cū uehemētia sursum deorsumqꝫ aspectus se agitet res minus assequatur remotas necesse est.deducta autem circūferri oīa solent:uelut sagitte & quæ appēsa dimittimus igitur uisus quoqꝫ suam ob imbecillitatem quasi procul deferatur.idē hoc patitur.nihil autem interest uisum an rem uisui obiectam cōmoueas.

Quā ob causā quod uniuersū raptimque bibitur uentrē id minus humectat cum tamen ab humorē copiosiore plus humectari conueniat.An quod hnmorē multū ac uniuersum uenter superare non potest:sed locū adire suū indomitum patitur.Locus autem crudi humoris uisica est.Exiguum facile uincit & concoquit.exquo morā hic diutius trahēs uentrem porro humificare potest.

Quāobrē qui ante extenuatus merū īde multū hauserit morte occumbat.& plærique uero bibaces cum se nihil extenuauerit:multo tamen uniuersoque meri haustu sicci efficiuntur.Querendum enī hoc est quandoquidē uinum calidum suapte natura est & ut uita calore contineri apparet sic mors refrigeratione accidere.An ut excicuta sic ex mero intereūdū est.Videlicet dū proprius calor paulatim extinguitur.modo tamē diuerso.Cicuta enī calorē frigiditate sua extīguit humorēque ī durat.Vinū aūt sua caliditate calorē macerat naturalē.Et quō ab igne nimio aut sole exiguus ignis extīguitꝰ sic ītimus corporis calor a uini calore:si nimius est superatur atqꝫ extinguitur.

Cur uinolēti sūt ad lacrimandū propensiores An effectū huiuscemodi omniū eadē cā est quam repl sio que.s.agitꝰ per sūma afferre pōt.Vinolentiā enī locis consistere capitis certum est.

Cur uinolētis somnus oriri nequeat.An ꝙ ad somnum creandū calidū adesse humorem opus est Hic enim concoqui expedite potest:quod si deest exiguusqꝫ humor aut concoctu difficilis inest somnus non orituri qua de causa post cibū ac potū somnolētissimi fieri ob calorē solemus.Melācolicos uero & uæhementer estuantes in sonia tenet.Alteros quia refrigeratus humor penitus est.alteros quia nullus aut minimus extat.ergo rationē utriusqꝫ affectus inde eē petendā palam est.

Cur ebriosi tremunt.& eo magis quo largius merum hauserit cū uinū calefaciēdi uim hēat.tremor aūt ex frigore maxime proficiscatur.itaque qui rigent precipue tremant.At tamē plerosque cū me

ro tantũmodo cibi gratia uterentur, tremores acres adeo inuaserunt: ut hõies conprimentes de se omnes eiicerét & aqua cũ calida perfũderentur nullatenus sentire possẽt. Alii uero cũ eo agerẽt ipso modo perfrictione & carnibus in cibo uterentur in stuporé attonitũ iciderũt, quos tremur quidé mitius. s. ob ĩ mobilitaté torquebat. Dolor tamé acerrimus & in qetudo iam in de exercebat assidue. Tremor is itaqꝫ causa frigiditas est. Nã & q̃ rigent ea repati ipa uidentur ut dictũ est. &. q ad modũ senuere quorũ utrorũqꝫ alteri ab effectu frigido, alteri a frigiditate urgentur. Vinũ aũt calefaciẽdi uim ꝑcipue obtinet quocirca contrarius quidã ut proueniat effectus rõ exigit an nihil prohibet ré eãdé a contrariis effici dũmodo eodem sed diuerso. Exẽpli gratia. Vritur & a gelu & a calore ubi gelu calorem coegit uniuersum, itaque modo quodam acontrariis effectus proficiscitur idé & modo quodã non nisi idé producitur. Tremor auté ob inopiam excitatur caloris non cuiusque sed proprii. Corrũpitur autem calor aut marcore: aut ex instinctu a contrariis hoc est frigido atqꝫ humido marcore aũt uel indigentia nutrimenti ut lucerna cũ fomite aut oleo caret, uel ab alieno calore ut ignis in sole & lucerna apud igné igitur qui ex frigore rigent caloris extinctu obtremũt exquo etiã fit ut aqua, offusa calida horror exoriatur calor enim cũ intus includitur atque circũ obsistit pilos erigit & in febrium quoque accessione rigor illis eueniens simili de causa uenit, in senectute ãt calor alimento deficiente emarcescit humor enim alimẽtum caloris é. senectus ãt sicca est ebriosi uero & si qui ita affecti sũt alii suo prorsus emarcescẽte calore obtremescũt sed nõ modo eodem quo senes. sed tertio corrũpẽdi modo ut proposuimus ꝙ enĩ uino utuntut nimio calor aduentitius superans aut extiguit, aut debilitat propriũ caloré quo ualemus. Fit enim tũ tremor cũ mouens quicquã ré neqt superare quã mouet. ut cũ lignũ qs longũ crassũqꝫ obtinere firmareque non pollet tremit extremũ quod ideo fit quoniã aut suscepta res maior est. aut minor que mouet ergo tremor cũ calor extinguitur acdidit. hic enĩ dũ integer inuictusque manet cãæ animantibus esse uidet cur mouere se ualeant. indiciũ auté ebriosos senesque ob frigiditaté affectos sic esse quod tremo his fieri sine ullo rigore solitus est.

Quã ob causã qui leuiter a uino tenentur magis pecant uel delirãt quã qui aut grauiter sese ebriarĩt aut sobrii manent. An quod sobrius recte iudicat, qui auté penitus uinolentus est, quod sẽsibus interceptis onus sustinere nõ potest nihil diiudicat atque ita nõ peccat. At uero qui leuiter se ebriarit iudicat quidé quia nõ multũ hauserit. sed quoniã a uino detẽtus aliquatenus est. ꝑtãté recte iudicãdi amisit peccet necesse est. Quẽadmodũ quod Satyrus Clazomenius ꝓpẽsus admodũ erat ad mali dicendũ eius aures cũ accusaretur penitus obstruserunt ut de re ageret nõ in cõtumelias se ꝑuolueret Postea tamen cũ cessãte iã aduersario reserassẽt. & pauca dicente adhuc ille audiuisset nequaquã continere se potuit. sed euestigio maledicta effundere incepit quoniã sẽtire iam poterat, recte auté iudicare non poterat.

Cur siquis neté cū pulsauerit apprehendat sola hipate subsonare uideat̃.an q̃ nete cum desinit elanguéscitq in hiparé transit.Indiciū q hipatem protinus netem canere aptissime licet: etenim qua si neaten præ se ipsa ferat:similitudo ex ea petitur.cū auté echo quoq ipsa cantus quidam esse probetur.Est enim uocis neate iá desinentis tactio: tinnitusq ipse sono respondeat hipate. merito ob suá affinitaté nete mouere hipaté posse uidet̃.Neatem ubi se moueat apprehensa certo nouimus. at hipatem cū uideamus inapprætensam . Et tamen eius sonū pcipiamus ipsam sonare credimus. quod in multis accidere solet.in qbus scilicet neq sensu neq cogitatione ppendere ueritaté possumus.Ad hæc si nete ictu intente accidat:ut iugum moueat̃.nihil sane mirꝫ fuerit eius auté motu neruos oés cōmoueri:sonūq reddere aliqué ꝓbabile est.Sonus igit̃ neate alienus ab cæteris est.& cum desinit & cū incipit cū hipate uero cū desinit idem existit.Quod si eius ꝓprie motioni adiunctus ipse totus esse illius uideatur.Absurdū haud quicq̃ haberi debet.Amplior autem q̃ sonus reliquorum neruorū promiscuus hic exultat . Quoniá illi qdem a neate quasi impulsi submisse uellére & leuiter ac molliter sonát.Nete auté ipsa fidiū omniū uæhementissima sua tota potentia sonū reddidit.Itaq secundaria eiusdem actio merito superior esse q̃ cæterarum potest: præsertim cum leuissimo motu ipse moueantur.

Cur suauius cátilená audimus cū ad tibyá q̃ cū ad lyrá cantat̃.An oé suaue qdmixtū cū suauior est: suauius redditur:Atqui tibia q̃ lyra suauior est ergo catilena quoq mixta: cū tibya q̃ lyra suauior sit:Modo quis sensum ambo꞉ pcipiat. Vinum enim aceto mulso suauius est quoniá quæ natuta pmiscet longe amplius téperant̃ q̃ quæ a nobis miscétur. Vinum quippe ex acido ac dulci sapore mixtū est.Probari hoc idé pōt uel malis punicis:quæ uinolenta appellamus. Ergo cantilena & tibya misceri sibimet admodū suá ob similitudiné possunt. Spiritu náq utraq cōficitur.Sonus aūt lyræ quoniá nō spiritu fit:aut minus sensibili q̃ tibyarum minus uoci ímiscere potest.Quod cum ad sensum discrimen pariant nō ímerito minus dimulcent.quomodo dictū de saporibus est. Adde q tibya sonitu cognatio neq sua errores multos cantilenæ occultat. Sonus lyre cū tenuis uocisq cōmisceri minus idoneus sit:ipse p sese patens suūq genus sincenū custodiens:oés cantilenæ errores posita quasi regula patefacit . Cum uero multa pperam in cantando agantur quod promiscuū exeratis recteq actis prouenit deterius esse necesse est.

Cur neruū mediū in concentibus uocamus cū inter octo nullū mediū sit. An q olim concētus neruis septé constabat.quo꞉ mediū est.Eo꞉ ité quæ inter extrema cōtinétur. solū mdediū principiū quoddá est.Quod ení in medio situm est eo꞉ quæ in aliquo íteruallo ad utrūq uergunt extermū hoc principiū & mediū est.Cū auté extrema cōcentus neate & hipate sint:hisq íteriaceant:reliqui soni quo꞉ medius noiatus solus principium alterius tethracordi est : iure medii nomé habuerat. Principiū ení idé esse duntaxat patuit quod mediū est eorū quæ inter aliqua claudunt̃ extrema.

Cur melius multi cū cantat seruare numeros possint quá pauci.An q multi magis unū ducemq respiciunt:tradiusq incipiunt.Itaq facilius assequi idem possunt.plus enim erroris solet cōmitti in celeritate.Accidit auté ut suo duci multi q̃ pauci sint attentiores.Segregans uero sese nemo eorū. exuperata multitudine clarere potuerit quanquam inter paucos facilius proculdubio poterit Quamoberm inter sese ipsi per se potius quam cum principe certant.

Cur uox in partem acutam magna ex parte degenerat. An q acutum facilius quam graue cantatur. Acutum igitur crebrius cantant.Dumque id faciunt errorem crebrius committunt.

Cur ueteres cū neruis septé concentus disponerent. hipaté non netem reliquerunt. an non hipaté: sed eam quæ peramese nnstra tépestate uocat̃.tonicq interuallū reliquerunt. Vltima uero densi in acutum promedia usi sunt quamobrem mediá quoq eá appellarunt. an q supioris tethracordi finis principium erat inferioris & medium tono proportioné extremorum tenebat.

Cur tragœdiarum choris neq subdorio:neq suffrigio cantandi genere uti mos est. an q modulum præstare concentus hi nequeunt.Quo certe choris magnopere opus est . Mores uero suffrigium obtinet usui rerum deputatos.Quamobrem in geryone ecxursus: & arma eoipso concétu agunt̃. Subdorium uero magnificū constans graueq est.Quocirca oíum maxime concentuum cytharæ accōmodandum. Sed hæc ambo ut choris minime congruūt.sic scœnis esse familiariora ꝓbant̃. Etenim scœna heroum facta dictaq simulat . Veterū auté solos duces fuisse heroas constat.populi homines sunt:quibus chori consistunt.Quapropter choro cōpetunt mores : moduliqne tráquilli & flebiles.Hæc enim humana potius sunt.Quæ minus cæteri cōcentus pstare queūt.minimeque ipse suphrigius hic ení aios limphatis similes reddit cogitque debacahari. At uero mixoli-

dius nimirũ illa ꝓstare potest. Itaq; eoipso affici possumus: sunt autẽ patibiliores q inualidiores q̃ qui ualidiores sunt. Quáobrẽ id genus choro tribuimus subdorio uero atq; subphrigio agimus ꝙ choro nõ conuenit. Est enim chorus cliens quidam curatorq; ociosus. Quippe q beniuolentiam dumtaxat his exhabeat quibus adest.

Cur sono grauiori mollior modulatio cõtineat. An ꝙ modulus sua quidẽ natura mollis est quietus: sed admixti numeri ratione asperior redditur & mouentior. cũ igitur grauis sonus mollis quietusq; sit acutus contra mouens & irritans prorsus eoꝝ quoq; qui eundẽ modulũ habent mollior esse debet qui grauior eodem modulo continetur. Modulũ nãq; mollẽ esse eorum dictum. iam est.

Cur parium similumq; doliorũ. si alterum inane alterum dimidiatum sit echo diapason consonantia resultabit. An ꝙ echo dupla dimidiati ad inanis existit. Quid enim in istis potiusq̃ in fistulis res euariet motum nanq; eundem acutiorem putamus: quem ulociorem. Amplioribus uero aer tardius occurrit: ut duplis duplo & cæteris ad ꝓportionem. Vtris quoq; duplus diapason ad subduplum consonat.

DECIMAQVARTA PARTICVLA QVAE AD STIRPIVM GENVS: ET AD PANEM: FARINAM MASSAM: PVLTEM: CAETERAQVE ID GENVS PERTINENT.



Vr aquam salsam apium recipit: porrum recusat. an ꝙ alterius radix imbecilla: alterius ualida est. Impatibilius aut quod ualidius.

Cur in prouerbio est Mentam belli tempore. Neq; edito neq; serito. an quia menta refrigerare corpora potest: ut corruptione constat seminis genitalis. id autem ipsum aduersum omnino est ad fortitudinem. atq; animositatẽ quáuis genere sit idem.

Cur aliqua fructu uacent cũ florem habent ut cucumer. cucurbita: malus punica: an his fructus non deest sed ipsa pro fructibus habentur: quibus flos insidet. Fructus enim id est quod florem gerit. Cucumeri autem florem inhærere perspicuum est.

Cur eorum quæ terra gignit: alia cocta alia cruda sunt cibo idonea. an quibus succus esculentus nõ protinus est. hi decoctis dulcior redditur a calore. Quibus autem sapor uel protinus gratus cõsistit: hæc etiam cruda esitantur.

Cur alia elixa: alia assa melius edi possint. An ꝙ humidiora nõ eatenus humectari sicciora nõ amplius exiccari opportet. elixa autem huimidiora mollioraq; omnia redduntur. quæ uero minus humida sunt hæc igne confecta sicciora ꝓrsus euadunt.

Cur alia esculenta: alia inesculenta exeperiamur. An causæ succus est. Quod enim & ignis. expers succum cõtinet inmitem & igue cõfectum nihilo mitius redditur. hoc cibo ineptum penitus est: quod autem succo esculento quidẽ: sed uæhementiusculo costat hoc pro condimento recipimus. quod eni exiguo corpore uĩ magnam obtinet id naturá condire potest ampliorũ esculentorum:

Quá ob causam stirpiũ aliæ ad semen usq; uiuere tantũmodo possint. Deinde cũ semen tulerunt exarescant: ut genus herbæ & quæ olera noíamus aliæ nõ. Sed sæpius fructificare solitæ sint. Ipsarũ etiam uiuẽtiũ ad semẽ usq; ferendũ: cũ magna pars annua sit genns apii quod ab equo hipposelinum appellatum est quasi equapiũ dixeris anno postero fructum affert: cunque attulit exarescit cur ita an oĩa eatenus uigent ætate. quatenus semine quoq; ualeant. nã & homines ad annũ trigesimũ usq; proficiunt aut copia aut crassitudine. Vbi autem semen ferre non amplius possnnt modo stirpium obarescunt atq; senescunt quamq̃ alia ocius: alia serius occdunt. Idq; portione. Sed quam ob causam aliis longum uitæ spacium aliis breue datum est. porro alterius interest disputationis declarare: sed cum omnibus finis ac terminus sit ꝑfectio seminis quipus uita breui tempore continetur: hæc semel aut certe non sæpe. Quæ autem esse longeua natura uoluit: hæc sæpe fructifi care necesse ẽ. Quáobrem que ĩbecillima sunt ferre non plus ualeant q̃ semel. tũ exarescant necesse est: ac eorum ipsorum alia anno p̃mo simul & semẽ reddere: & uitá explere naturæ rõ sancit. alia postero ut eq̃ppium. Quæ uero ꝓualida surgunt. hæc annis pluscülis post fructificare incipiunt diuq; uitá agere possũt fructificareq; sæpius ut arbores.

Cur siquis apiũ radicetenus circunfodiat partiq; imæ pánicum undiq; ĩ gerat deinde terram accumulet itaq; irriget radices mira magnitudine adolescẽt. an ꝙ natura pánici fũgosa & calida pabulũ attrahit: conceptũque nõ sursum trãsmitti patitur. Sed inter radicẽ cõtentũ calore sibi indito cõcoquit ut radicis amplissimũ sequi incrementũ necesse sit.

Cur siquis cucumeres aut cucurbitas ꝓtinus paruulas condiderit in terram maiores multo efficiet An quod spiritus & sol exiccando incrementum ĩpediunt molenque tũ minorẽ tũ crispiorẽ reddunt quemadmodum & arbores quæ loca uento solique exposita tenẽt quæque ĩ cauis manent & riguis altera enim magne fungoseque fiunt alteræ paruæ & spissæ: Ast uero inter terram occulta. Quoniam contra afficiantur. contra euadant necesse est. Quinetiam quæ uasis includimus

ut cucumeres in ferulis cauis aut tegulis; & mala punica; aut quæuis mala in ollis ampla redduntur & fungoſa, contra quæ detecta ſunt parua ſolidaq; augeſcũt nullo ambiente operculo qđ alimoniã faciat largiorem. Id enim obiectum facit ne pabulũ aut euaneſcat ant areſcat.

Cur plantarum acrium ſemina acriora ſunt q̃ radices & folia. an ꝙ ſemine omnia oriuntur inq; cæteras oẽs ꝑtes ex eo ueluti fonte quodã ut qdã aiũt & ſapores & odores deriuari neceſſe eſt. nã etiã odores oĩum una cũ ſeminibus eſſe ſuaues ĩcipiunt. Quod ſi acritudo cæteris ex ſemine proficiſci ſolita eſt ſemen ipſũ maxime eſſe tale ratio exigit.

Cur tenues radiculæ acriores ſunt. An quod ampliores ille ſpacio temporis longiori plenius concoctæ miteſcunt.

Cur capparis locis prouenire cultis haud facilis poteſt multi nanq; temptarunt & radice tranſlare & ſemine ſparſo cum apud nõnullos cmmodior capparis ſit quam roſa. ſed tamen efficere nihil potuerunt quid ergo cauſæ ſit ut cultis neſciat hoſpitari inculta & quia perſequatur & maxime ſepulchris adhæreat. Igitur de hoc cæteriſq; generis eiuſdem accepiſſe illud oportet quod non omnia eadem ex materia conſiſtere ſolent; aut augeri. ſed ſunt quæ ex aliorum corruptione principio conſiſtant, & poſt augeantur; ut pedunculi & pili corrupto alimento aut qua labe alia corporis ꝓdeunt. Ergo ut in corpore nõnulla excremento proueniunt almenti. quod certe cruditas eſt; & ubi naturæ uires ſuperare non queunt. Abſcedunt quidem in ueſicã & aluũ quæ in promptu maxime ſunt. Aliqua uero animal producunt. Itaq; in ſenectute & morbis hæc augentur ſic in terra alia cõcocto alimento & conſiſtunt & augentur alia excrementis aduerſaq; concretione oriuntur. Culturæ autem officii eſt ut concoquat reddatq; efficax alimẽtum quo genus mite urbanumq; fructũ conſiſtit. Quæ igitur mitigatione ĩformationeq; huiuſcemodi creantur hæc urbani uocabulo ſignificamus; eo quod ſolertia hominis educata quaſi eruditaq; meliora euadant. Quæ autem cura adhibita miteſcere nequeũt; aut etiam aduerſo habitu loci ſui generis prodeunt hæc ſilueſtria ſũt & ruſtica cultiſq; uiuere nolunt. cultus enim dum ea melioribus inſtituere moribus cõtendit; deprauat atq; peruertit quippe cum a ſua natura deſciſcere nequeant quæ orta ſunt ex corruptione quo in genere capparis quoq; profecto eſt.

Cur ſi quis radicularũ folia tẽpore hiberno cũ maxime uigent abſciderit; & terrã pedibus cõplanarit cõculcaritq; ut ĩbrẽ nullũ admittere poſſit radiculæ ipſe per æſtatem amplitudine minime creſcent. An ꝓpterea quia ne corrũpãtur cauſa cõculcandi ſoliditas eſt quæ humore qui putrefacere prohibet. alimentũ uero quod aliter ad germẽ ſurſum trãſmitteretur radix ſibi ipſa totũ diſpẽſat; itaq; nel amplior fiat neceſſe eſt uel ſuo de latere radices alias mittat geminãs modo ceparum. has enim multiplices effici nouimus ſiquis annuas non euellat; ſed tp̃i hiberno relinquat. At cum uim iſtam procreandi ut lateri ceparum natura dedit; ſic radicularum negarit neceſſe profecto eſt ipſaſillas craſſeſcere nimiam od copiam alimenti.

Cur ſi quis cucurbitas aut cucumeres apud putheũ ſatos in ipſum dimiſerit putheum tempeſtiuos; beneque operuerit; uirides per annum totũ ſeruabit. An ꝙ uapor aquæ refrigerans efficit ne aſſicent, ſeruatque uirides & uegetiores; & obturatio illa & ſpiritus ſatis alere poſſunt; quæ iam ĩ plenum creuerunt; permanẽdi uero facultas propterea datur ꝙ relictis radicibus ſuppetit alimentum nã ſiquis cũ fructificarũt detractis ſarmẽtis præciſaque planta terrã aggerarit conculcaritque circum radices; cucumeres faciet præcoques; utpote; cum radix ualeat cõſeruari. Haud enĩ cucumer annuã ſortitur naturã; ſed uiuere ulrerius poteſt. Ferent autem iſti fructum maturius q̃ qui ſemine ꝓdierunt qm̄ radix bona pars. S. operis præcondita iam naturæ habet quod illis ſeminatis priur confici neceſſe eſt. Terræ autem aggegatio & cõſtipatio teporẽ inducit quo radix & ſeruari & germẽ mittere celerius queat. Vnde etiam fit ut ſiquis per hiemẽ cucumeris ſemen in quallis ſatum aqua irriget tepida & modo ſoli exponat; modo collocet apud ignem p̄coques admodũ cucumeres faciat ſi tẽpore congruo ad ipſum cum quallis in terram demittet.

Cur non meridie ſed mane noctuue irrigare cõſueuerunt. Vtrum ne ſolis feruor humorẽ abſumat. An ꝙ ſi aqua calida ſit necabit quæ irrigantur.

Cur omne odoratũ genus tam ſeminũ; quã ſtirpiũ mouere urinã poteſt. An qa calidũ eſt. cõcoctuq; facite. Cuius ſane generis ſunt quæ urinã ciere ualent. Calor nãq; interior cito extenuat. Nec aliq̃ corpulentia odor cõtinetur. Nam & ea quæ minime odorata ſunt. alia caloris ſui ratione uim mouendi urinam habent. Vel potius collicandi; ſeminũ autẽ genus omne odoratũ calidum eſſe proculdubio nouimus. Odoris enim natura calore aliquo omnino creatur. At uero quæ male olent; haud quaq̃ apta concoctioni ſunt. Eſſe autem non calida ſolum; ſed etiam concoctu facilia debẽt; quæ ſint prouocatura urinam; ut. ſ. una deſcendendo humores extenuent.

Cur ocius olus excauleſcat; quod ſemine uetuſtiori ut trimo aut bimo ꝓdierit q̃ quod nouo. An ꝙ ſicut in animantiũ genere ſemen id celerius affert quod uiget; ita etiam ſeminum quæ uetuſta ad modum ſunt. uim ſuam omnem exhalarunt; quæ recentiſſima imbeciliora ꝓpterea ſunt; ꝙ excre-

mentũ adhuc procreationi minime conueniens continent. Quæ media tempore hæc humore in ntili omni exacto ualidissima esse ꝓbantur celerius igitur semen ꝓfundũt.Id autem ipsum nõ nisi excaulescere est quippe cũ semen ex caulæ proueniat.

Quã ob causã ruta insita in ficũ pulcherrima plurimaq; ꝓueniat. iserit uero inter corticem limoq; obducto fouetur. An ꝙ rutæ radix fomentũ teporeq; desiderat:itaq; cinere quoq; circundata iuuatur ficus aũt calida est.quod eius succus oĩum accerimus docet.& fumus quem multũ emittit.habet igitur calorem atq; humoré talé qualem etiam cinis.Quãobrem si ille iuuare possit:ficus porro copiam ac uigoré eo magis pstabit quo humor cineris quidem non perpetue affluit fici uero irrequieto cõfluuio manat ut pote cũ arboris succus cõsumi ex toto nõ possit.

Cur stirpiũ nõnullæ caulé semper edant iané. An illis quarum natura ĩbecillior est:has rarũ ianéq; emittere caulem necesse est.

Cur in terra attica fructus cæteri dulcissimi fiunt. Thimũ uero acerrimũ est cũ id etiam ipsum fructus quidem existat.an ꝙ ager ille tenuis siccusq; est. Quamobrem non multum humoris continent quæ in eo nascuntur. Ergo quæ dulcia sua cõstãt natura hæc ob humoris contenti mediocritaté:ubi sol partem cõsumsit maximã faccile reliquo cõcoquuntur. Eteni multum concoq negociũ ma gnũ est mediocre expeditius cõfici põt. Vnde fit ut fructus qui lege suæ naturæ dulces creantur:dulciores euadant. Qui sicci e natura minimeq; dulces proueniunt.hisnã ob inopiã tantum humoris retinent q̃tũ suo cõueniat generi qđ dulce nequaq̃ est. Sol auté q̃tũ dulcissimũ sit:& leuissimũ eximit. Itaq; acerrimi relinqũtur.humnore supuacuo carent:qué fructus cæteri obtinent.

Cur puleġiũ & liriũ cepæ suspensa floréť solsticii tpe. An ĩest crudũ in his alimẽtũ qđ ut hieme cõcoqui ex frigore neqt: sic solsticio ex calore cõcoquens auget. Verũ quia ĩ fluxii carét assiduo breui marcescunt. Eteni quæ nullũ alendi initiũ nullũ influxũ assiduum habent intereũt exciccanturq; Quade causa accidit apud. Scythas ut frumentũ diu in terra maneat:propter copiam niuis.& ubi emerserit celeriter crescat.

Cur cepæ unũ tá acriter modere oculos põt. Vnde nomé quoq; a græcis cromoyon ipositum putãt perinde q̃si pupillã cõprimi cogeret. Origanus uero nihil huiuscemodi facit. Nec aliud quippiam ex cæteris quãquã acre. Neq; eni Nasturtiũ quod mordacius est oblatũ oculis efficit æque ut lachrymæ profluãr. At cepæ & cũ oculis admoueť & cũ comediť lachrymas monet. An ꝙ acrium genus discrimine eua riat numeroso quo sua cuiq; uir cõsistit:rataque habeť nasturtium ergo qa calidus est resiccare:quod collicauerit amplius potest. Nã extrudere lachrymã cũ editur potest.admotũ tamen ad oculos.nihil propterea mouet. Quia nullũ mittit uaporé. Est eni id & siccius & calidius. Origauus cætera id genus calida sunt leuiter & sicca. Quod lachrymas auté moueat mordax id esse debet.& humidũ & lentũ. Quas ob res oleũ quoque lachrymam excutit:q̃uis leniter mordeat. Subiens eni irreptãsque suam ob lentitiam atque tenuitaté dolorem mouet ; ac proinde homorem tabificat.at cepæ uim eiusmodi sane habet ut quod & humore & uapore sit calido : tenui & lento. Itaque oculis ad motum:eo ꝙ uapor eiusmodi est:humorque tenuis cõmear lachrymas mouet:cũque ediť itidem transmissa respiratione facere potest. allium calidũ quidem est & aere & humoris aliquid cõtinés:sed lentũ nõ est itaque lachrymã mouere nõ potest.

Quam ob causam myrta collisa in manu dulciora sentimus quã integra: An quéadmodum racemorum acini uindemiati dulciores sunt quã nõ uindemiati. Etenim musto quod natura suaue est excepti acini quasi condiuntur. Quippe qui uel extrinsecus mustum resudent. At qui in racemo cohærent utique icõditiores constant. Ergo myrta quoque natura dulcia intusque suã dulcedinem acinornm in modũ uue continentia:ubi in manu compressa cõflictataque sunt diffusa intestina dulcedine:parte quoque exteriore inopplentur. Itaque dulciora nõ imerito sentiuntur.

Cur myrta enucleatiora sũt quæ minora & palmulæ nucleo pœne uacãt quæ minutæ odoleuerunt & nuarũ acini q passim cõstiterũt exigui uinacea uel nulla cõtinẽt:uel pauciora minoraq;. An qa minus pfecta sũt quæ minora:iccirco semé cõtinẽt idiscretũ:cui piude ut fini nucleus deputatus est:quãobré & minora sũt utpote surculi qdé agnati exteriores partusq; iperfecti:& minus dulcia q̃ quæ iustũ cõtinẽt nucleũ. Sũt.n.minus cõcocta. Cõcoctio aũt nõ nisi pfectio est.

Quam ob causam fructuũ alii parté radici proximã habẽt amarioré ut cucumeres alii postremã superioré ut glãdes. An ꝙ aliis pars ista radici ꝓxima crudo uesciť alimẽto quoniã esce cõfluuiũ per radicem frequẽtat aliis quia sicci e natuta sunt postrema pars succo dulci cõcoctoq; inde assũpto iam plenius siccatur amarescitq; modo solis. Reddiť eni unũquodq; amarũ cũ amplius exiccatur ut oliuæ ut glãdes inueteratæ efficiuntur amaræ.

Cur aliqua germiuare nõ terra cõtenta:sed abscissa aut euulsa uel recõdita possint uel caules liliorũ ut allia ut cepæ. An ꝙ oẽs alimeutũ intra se continẽt:nec certo diffinitoq; loco oẽs oriunť. Crescere autem unũquodq; põt nõ eo ꝙ in se continet alimentũ:sed ꝙ decoctum iam & digestũ illud pabulum est:continent igitur uel ante hac alimentum:sed augeri tum dumtaxat incipiunt : cum

tēpus ad id adest:cuius opa res illa effici pōt uelut etiā oua crocodylo℞ tēpus tute opiri sibi commodū nouimus icremētū tñ cōtinuari nō licet:qm̄ aliud nō suppetat alimentum.

Cur allia & cæpe quo sicciora serant:eo meliora possint auadere.cætera autem deteriora. An ꝙ oīa istiusmodi maxime plena humoris conficiūtur.Itaqꝫ terræ cōmissa sicciora temperamento cōmodo germinare incipient.Adde ꝙ minus putrent cū̄ sicciora seruntur.

Cur allia & cepæ sole ex plātis recōditæ germinare possint.an ꝙ humore alimētoqꝫ sunt refertæ.copia igit alimēti est ꝙ germē efficere queat.Idqꝫ cōstat argumētoqꝫ est squillarū : tū etiam bulbo℞ qui idē facere possunt.crescere autem quodqꝫ solet cum tempus uenerit.

Quā ob causam quæ aqua frigida irrigamus dulciora q̄ quæ tepida euadant. An ꝙ sic interclusum calidum salsius est:ut calidius quod salsim.dulce autem ita cōtrarium ut frigidum est & alimento oleribus humorē unde sapo℞ genera oriuntur.

Cur allia cum excaulescunt plenius q̄ recens edita olent.an ꝙ recentia humoris multū adhuc extranei continent:quo fit ut uim suam integram habere nequeaut.cum autem decocta iam sunt secreto humore illo iutili.Tū suū odorē sincere adipiscūtur:qui.s.acer est. Quinetiā cæteri nuper editi fructus dilutiores sunt:& cepas recētiores ob eam causam minus acres sentimus.

Cur fructus myrtorum non conditarum magis q̄ folia defluant. conditarum autem reseruatarūqꝫ alga:ut fit:folia defluant:fructus adhæreant.an ita euenrt nō conditis : quoniam natura santitum est:ut fructus peracta decoctione flaccescant ac decidat.Quæ qnidem decoctio repositis agi non potest:sed eatenus tm̄ efficitur ut alge uapor prohibeat ne humor fructus imutetur.Folia contra cum siccent decidunt.Alga autem ut salsa exiccandi uim habent.Ergo non idem foliis accidit arbori adhærentibus & conditis modo quo dictum est.

Quam ob causam cucumeres.cognomento pepones optimi palustribus planis : idest humidis fieri soleant:ut apud orthomenum:& in ægypto.Aquarum & enim uberem terram esse ægyptum putamus.cum ergo cucumeres qui humidi sunt:& ob id orthenses ac rigui minime laudati locis palustribus quæ madida sunt egregie fiant.Vtrum ꝙ ob terræ duriciam altius coguntur descēdere. Solum nāqꝫ limosum ac planū maxime indurescit.Qui autem altius innitūtur meliores euadūt: An ꝙ terram siccam esse oportet:quoniā cucumeres natura humidi sunt.Ita enim sequetut ut per retractum in medium ueniant.Palustris uero si plena altaqꝫ sit:alimentum nec exiguum præbet ꝓpter soli altitudinem:locūqꝫ ipsum neqꝫ nimiū.quoniā solū resiccari necesse est.

Quā ob causam ruta & nōnulla pigmenta odora sudorum faciant fœditatem.An quorum in odore grauitas est atqꝫ acritudo ac cum excrementiciis mixta humoribus deprauare odores possunt.

Qua de causa rutam fascinationis remediū asse aiunt.An propterea quia tum effascinari se credunt cum aut foraciter edunt:aut incōmoditatum aliquarum tenentur suspitione:aut cibum habēt suspectum quem capiunt.iteqꝫ cum de mensa eadem quid priuate sibi assumunt:participem intuentem quēpiam faciunt:assanturqꝫ cū impartiant ne me fascines:ergo cibum cum perturbatione:sumentnec quid bibēt aut edēt sine turbatione:& flatu qui una hauriatur & ingeratur.Quāobrem flatu ipso uel cum extrudendus effertur cibus quoqꝫ una elatus eiicitur:uel cum interclusus ꝑ humorem tenetur tormina mouent & cruciatus:Igitur ruta pesitata ui sua & potestate calefactoria uas quod recipit cibos elaxat & reliquum corpus itidē afficit : ex quo fit ut flatus ille interclusus transmitti atqꝫ secedere possit.

Quæ nam causa sit:ut origanus musto iniecta uinum dulce efficiant duos in amphoram iniecisse eminas satis est:an ꝙ tollit quātum in musto est : aquabundum & ferulentum sua siccitate in se ipsa recipiens quibus scilicet saporem confici austerum censemus.argumento ꝙ uina siquid aquæ habeent sibi illabatum minus mollia redduntur:atqꝫ & si diutius stare in fece sinantur itidem fiet & cū uinum dulce molimur uuas mnltum temporis soli exponimus:ut sol quātum sit dilutū auferat:& reliquū decoquat hoc aūt idē facere uel origanus potest.Quippe quæ si sicca & calida.

Cur nigræ myrti fronde sunt frequentiore quam albæ:an ꝙ nigræ generis sunt siluestrioris cuius indicium ꝙ locis rusticis istæ proueniunt minimeque ex cultu mutantur : humida autem omnia fronde crebriore conduntur.Quod enim minus suos fructus decoquere possunt.Iccirco ad frondem alimentum se uertit.

Cur ptisana & farina triticea oleo instillato reddi possint candidiora cum ruffum oleum sit. an ꝙ spumare solet dum cum humore miscentur. Quod non nisi albescere est. Mixtio uero uersatu agitatuque fit : & cum corpulentis humor committi melius potest : quod sane in polentis accidit.

Cur cibus triticeus maxime corporibus nostris competentior atqꝫ uescētior est: quā ordeaceus. An ꝙ hic mediocrem habent lentitiam quam cibus habeat oportet:quippe qui adhærere conglutinariqꝫ corpori debeat.Quæ res non nisi lentore effici potest.Ordeum uero orridius est. Itaqꝫ massa eius longe pertrita ualidius alit quam parum attractata.

Cur farinæ triticeæ primum ordeaceæ ultimum candidius est. An alterum ut durius circūfrangitur idq; agitur cum plurimū temporis mollitur: alterum ut molius: atq; tenuis quāprimū exprimit. Candidius autem in utrisq; quod interius est.

Cur panes frigidi albiores cernuntur q̃ calidi. An eadē quodā modo causa est: cur inueteratū quoq; oleum candidius sit quā recēs. causa nāq; nigroris humor est: hic autem in hisce utrisq; ut recentibus uberius continetur: sic tempore prouectis partius in superficie residet propter euaporationē. Euaporatur prorsus oleū uel tempore uel sole. Panis autem calore inde egrediente per refrigerationem humor itaq; frigidis iam euanuit calidis adhuc inest.

Cur panes nō saliti plus pōderēt q̃ saliti: modo cætera omnia pari habeantur mensura. Contrarium nāq; uerisimilius dixeris cū sal adiiciatur: & grauior sit q̃ aqua. An quia sal exiccare potest exquo incorrupta seruantur. quæ confecta sale reponimus. Absumitur enim a sale resiccaturq; humor q ex calore putrescit & in pane igitur humor a sale consumitur extraq; eflatur: quocirca panes pridie facti leuiores q̃ calidi sunt: utpote frigidiores: contra his qui sale uacant humor largior insidēs efficit grauiores.

Cur panes frigidi humefacti: si iuicē tāgāt nō cohæreāt calidi cohæreāt. An ꝙ frigidi lentorē suū cū uapore una emiserūt: quo exacto cōglutinari nō amplius queunt: humor enim quo maduere rigidus est. Calidi contra lentoris aliquid continēt: ex quo fit ut cum madefactis uapor emigrat: calor ob suā tenuitatem respiretur & euanescat. Glutinosum autem illud cum calore egrediens seq; cū humore permiscens: facit ut inter se panes cohæreant.

Cur farinæ triticeæ primū ordeaceæ ultimum candidius prodeat. An ꝙ ordeum ut rigidius protinus obfrangi diffundiq; aptum est: quod maxime fit cum diu cōtunditur. Triticium mollius est. atq; ob eam rem parte exteriore leniter diducta interiorq;: quæ candidior est: expressa primum cōtunditur. Est autē in utrisq; candidius quod interius est.

Cur massa ordeacea quo plenius tractetur: teraturq; eo magis aluum subducere leuigare quæ potest: triticea contra quo plenius eo magis. An quod triticea maiorem in modum contrita minuitur. Lentum etenim quoq; affici ita solet: tum ignis humorem panis undiq; eximit. Itaq; rigidiusculum humore sublato relinquit. Deniq; quāto plenius cōtractatur & teritur tanto frigidior redditur. Partes enim singulas deminui adeo agitatas extenuariq; necesse est. Rigidius autē omne cōcoqui facilius potest: Ordeacea cōtra quo amplius pressatur & teritur eo lentior & tenacior humore inhibito euadit. Tenax autem omne ad lentum diuidi sane haud facilis potest. Quā quidē diuidendi difficultate fit ut ægre concoquitur Quod enim concoctionem recepturum est digeri in minima adebet.

Cur massa ordei contritata minor tritici amplior reddi potest. An quod ordei farina massata cōtritataq; compescitur atque considet scilicet glutinamento humoris. Quia rara & crassiuscula est. Triticea quoniam spissa admodum est: colleuatur: atque extollitur. Spissa etenim omnia subacta pertritaq; incalescunt & incalescendo inflantur: ac extolluntur quomō etiā caro pfricata extollit.

Sed cur massa triticea in igne amplior quā ordeacea reddatur. An ꝙ humorem triticea continet idē secretū. Qui cū calefactus egredi nequeat: scilicet exptritionis cōpressu: mox spiritus de eo cōcalefacto humore nascitur: largior autē humor largiorē pariat spiritū necesse est.

Quam ob causam cū mel tenacius: q̃ aqua sit: farina mulso subacta frigidior reddatur ubi decocta est quam aqua subacta. An ꝙ aqua feruore ignis cogitur atque cōsistit mel cōtrahit quidē: sed nō sine assiccatione. Itaque rem facit frigidiorem. Causa nanque rigoris in siccitate est.

Cur biscoctus panis refrigeratus minus duriciā præ se ferat. An ꝙ triticū dulcē quēdā ac lētū succū in se cōtinet qui ueluti aīa eius est. Indiciū ꝙ cū siccet oīno exinanit. cū aūt uaporis aliquid sentit mox erūpit. & coalescit. Ergo cū humor hic in farina quoq; tritici insit: maximeq; in ea quæ purissima est efficit: uel in massa ex ea ipsa farina cōfecta idē seruet. Argumētū ꝙ decocta in pulpē redditꝰ lētior. Vbi igit panis primo igni cōmissus ē portio ridigi & leuis cū humore euaporat & q̃tū ī farina furfureum maxime est totum deurit. Mox pane educto cum denuo massa retritatur: pressaturq; pars farinæ tenuissima: & humoris lentissima: quæ solæ supersunt miscentur amplius sibi tum quia tales amplius euaserunt: tū quo ꝓpter ignitionē. Fit enī mixtura eoꝝ ticturæ cōsimilis ita ut massa post trita similis farinæ illi elixæ afficiatur. Quippe pertrita iā prima relictaq; parte farinæ tenuissima: & humoris lentissima glutinosa: & resiccabilis redditur: ubi ignē persensit: nam & disiungi facilis quod lentum est nequit. Et humorem nullum per seipsum emittit quod spissū est: Hac igitur eadem re panis quoque biscoctus ob causas prædictas afficitur. Itaq; minus durescit cum semper inter se humiditatem contineat.

Cur nōnullis de genere cibi: Tum humidi tum sicci multum temporis sine fastidio uti possimus: ut cibo quem triticea ex farina ordeaceaue conficimus. Et uinis austeris & aqua: aliis uero quāuis suauioribus: non tamen sine fastidio totiens uti possimus. An ꝙ eorū quæ in cibo assumimus:

alia ualidius alunt:suntque ad inundandum aptiora. Itaque uel ubi cibo priore consumpto uacui sumus. inest præterea facultas multa in carpore:quæ ut ad priorem corporis confectionem decocta:sic ad finem & succedentes coquendi uicem cruda animaduertitur. Cuius sane generis pars plurimũ suauium est quæ enim pinguia & dulcia & opima sunt hæc nobis gustu suauissima sunt. Eandẽ omnia ualide nutriunt: & decõcoqui possunt solẽtq; inudare quocũq; inter seipsa diserimine distẽt. Vnde efficit̃ siquis sese iplerit facultas eorũ diutius imoretur. Nec breui sensus deficiat. Nõ eni solũ pleno uẽtriculo satietas orit̃:sed digesta quoq; alimonia cæteras in partes idẽtidẽ usu euenit. An nõ id solũ ipsum causæ est:uerũetiã q̃ nõnulla ꝑ quã modicæ naturæ usui sunt nobisq; familiarissime cõueniunt. Hæc enĩ oĩa quia secũdũ naturã sunt iccirco melius a corpore dulcia recipiũtur ut quæ ꝑter naturæ rationẽ facile respuunt̃. Alia uero aliis tẽperationibus cõgruunt: ut mel apibus secũdũ naturã sic suppetit. ut ea uesci tñmodo possint q̃q̃ uiribus sunt ĩbecillis. Itaq; relinquẽdum quidẽ est q̃tũ absumat̃. Sed id ex ꝓportione ad uires hoĩs. Quæ igit̃ e suauibus ita sese habent. Hæc qm̃ naturæ minus propria cõueniunt:suauia quidẽ sentiũtur:sed parũ tp̃is mox faciãt & fastidiũ pariũt. Quæ autẽ secũdũ naturã pro cibo deputata homini sunt hæc semp appetimus. Itaq; fit rõne naturæ ut usu quoq; eorũ assiduo minusq̃ suauiũ fastidire possimus.

Cur eadẽ ex assuescẽtibus suauia & admodũ crebro utẽtibus insuauia sentiant̃ cũ tamen assuescere sit sæpe & crebro quicq̃ facere. An qa cõsuetudo habitũ rei cuiuspiã cupientẽ in nobis efficit non satietatẽ frequẽs autẽ uisio desideriũ explet quod & ipsum quasi causa quædã est. habitus ergo cũ exercitãtur augẽtur atq; proficiũt. Cõceptacula uero in farta nihilo ampliora reddunt̃. Quãobrẽ cõsuetudo cũ exercitatio sit auget habitũ illũ capientẽ. Quod autẽ usu crebro in cibo assumit̃ infartit quidẽ expletq; desiderium:quo expleto nõ amplius escam recipimus:sed augere illud idẽ nõ potest ob eam scilicet rem quã modo de infartione rettulimus. Ad hæc non ideo suauis consuetudo est. quia semper delectet. Nam res etiã solitæ molestæ sunt si usu quis agit crebriori:sed eo certe suauius agit̃ qm̃ opis principiũ libẽter adimus & diutius rẽ facere eandẽ assueti q̃ nõ assueti ualemus. Qua igitur re molestum hoc est quãquã suaue sit hac eadẽ:cætera quoq; suauia efficere possunt. Vtraq; enim cum crebro uel fiunt uel pro cibo sumũtur tediores certe afficiunt. Cuius sane causa est quod nos uires siue uirtutes uel recipiẽtes uel agẽtes non infinitas: sed finitas habemus quæ ubi quidẽ sibi modice competat obtinuerint:id enĩ est quod cõtinue amplificari sentiatur alteræ satis explentur alteræ agere nequeunt.

Cur panes ut parum triti sic nimium triti rũpantur. An q̃ parum triti quoniã partibus minus cõnexis inter sese continẽtur:iccirco rumpi facile queunt. Tricatio enĩ partes copulat & coniungit. Ergo suo ipsi discrimine ad disruptionẽ paratiores regũtur. Adde quod multũ humoris & in ꝓmiscuum continent qui minus trituram præssuráq; recepere. at quos nimiũ tritos igni mandauimus hi sicci admodum sunt:quoniam humoris parum ĩmodica agitatio tritandi reliquerit: idq; decoctis totum exactum est. Igitur rumpi utrosq; necessum est:quoniam humoris multum educitur: multum enĩ ut absolute in his continetur quos parum tritaueris. Sic reliqui comparatione in his est. quos ĩmodice agitaris.

Cur massa triticea candidior pertrita efficiat̃ ordeacea nigrior. Vtrũ quod per summa ordeaceæ nimium assicatur. Calor autẽ humori permixtus candorẽ gignit:an quia cum lalefacta est humorẽ ad seipsa trahit:ut quæ partibus maiusculis constet.

Quam ob causam farina aqua subacta melius coeat:q̃ oleo subacto quod tenacius est: q̃q̃ glutinantius quod lentius est. Oleum autẽ lentius q̃ aqua. An q̃ aqua tenuior est ut usq;quaq; subire emollireq; ualeat. Coheret itẽ & cõprimit̃ inter se melius farina aqua subacta q̃q̃ etiam sine contritu comprimi queat.

Cur massa tota leuior sit q̃ seorsum humor & farina. Vtrum quia cum miscentur sp̃us intercludit̃. An quia pars aquæ a calore farinæ indito euaporatur:itaq; minus id redditur quod ex utroq; mixtum constiterit:aer autem aquæ tametsi misceatur nihilo tamẽ leuiorem faciat. Nam ipse quoq; aer cum aere pondus augeat.

Quam ob causam lac uinũq; dulce quotiens cum farina ordei bibitur dulcius sentitur. Vtrum q̃ ad non dulce dulciora istæc esse uidentur. farina enim dulcis non est:aliter quia humor dulcis mixtus cum farina diutius immoratur. An propterea quia farina quæ dulcedinem in se habet aliq̃diu ĩmoratur:itaque diutius sentio habetur.

Cur eadem potio minus meram appareat si farina ordei inspersa bibatu. Vtrum quod diuersa sibi miscentur & tẽperant̃:an qm̃ farina humori obducta in sese retrahẽs abolet qualitatem.

Cur alica plus aquæ recipiat q̃ triticũ unde cõfecta est. An propterea q̃ alica farina quodam modo est similia farina autem plus aquæ imbibit:moles ebim amplior eius q̃ tritici est. Pressius namque & constipatus triticum est. At q̃ autem amplius est:plus id capere potest. An nõ solum ea ipsa de causa ita fit:sed etiã calore quẽ intra se continet & farina & alica efficitur ut bibacius hauriant:

quod enim calidũ est humorem id & efficatius ad se trahit:& expeditius in uaporem consumit
Cur farina tritici massata pertritaq; longe amplior reddatur q̃ ordei scilicet exproportione. An quod altera multum humoris sibi admitit:altera parum. Sed qua de causa plus admittat. Congruens enĩ potius dixeris:ut ordeacea bibacior sit. Quippe cum ordeum tostũ triticum non tostum sit. An ꝑ pterea ita fit. Quia trituram plenioré triticea patitur. Cuius causa est:quod partibus minutiorib⁹ cõstat. Fit igitur quasi ut quantuplo partibus cõtineri põt minoribus tãtuplo humorem sibi largiorem admittat. Quippe quæ ipsum humorem pro glutine sibi capiat Em pedocles quoq; suis in persicis diuerticulo quodam ait. Multæq; humoris proinde absumere queat.
Cur etiã igni mandata massa tritici amplius augeat q̃ ordei. An q; humorem in se cõtinet indiscretũ qui recalescés extrudi nequeat:hic ergo cũ in spiritũ transeat:ne sese ꝓmere patitur:atq; ex massa ordei possit uidelicet propter tritici spissitudinem:spissius.n.est quod ꝑtibus cõstat minutioribus Iccirco extollit molemq; agit amplioré. Ad hæc plus ista humoris cõtinet. Quo recalescente spiritus prouenire solitus est. Ex quaq; re auté pluris plus proficiscatur:necessum est.
Cur pistorum cæterorumq; officio fungentium frumentario:qui ordeum attractant imbecilli efficiantur:& destillationibus infestent. Qui aũt triticũ corpore sint bene habito. An q; facilius triticũ concoqui q̃ ordeũ potest. Atq; ea re delibamenta inde manantia esse faciliora necesse est.
Cur panis tostus durior tepefactus humidior reddi aliquantisper possit. An quoniam cum torrefit humor extruditur:itaq; panis relinquitur durior. Leniter autem cum recalescit humor consistens ab igne diffunditur. Humidiorq; proinde existit.
Cur farina tritici resiccata minus constipetur q̃ ordei. An quod intercapendine uacãt : quæ ex partibus constant minutissimis; & plura quæ grauiora sunt:compressa suopte pondere tantundem occupant quantum pauciora. Sed farina ordei crassiulcula est:itaq; siccata compesci atq; in minus contrahi potest :ut quod minus est suo compressu plus illud constipet in seipsum capessatque: triticea porro particulis minutissimis iam constat. Itaque non ideo resiccatur ut partes reddantur minores ; sed ut leuiores efficiantur minusq; constipentur suo compressu & nutu. Natura enim grauior farina triticea q̃ ordeacea est.

DECIMAQVINTA PARTICVLA QVAE AD FRVCTVS ARBORVM PERTINENT.



Vam ob causam poma non ita prius esitata in repletionis mole respõdeant. An qm̃ cæteris esculentis genus pomorũ longe grauius est:quod argumento ficuũ constat quæ uouissime æstate ultimæ tñ euomunt. Poma igitur ante ingesta suo pondere in imũ delapsa:spacii amplitudiné relinquunt superius ut cibũ sequentem admitti facile liceat. At si ecõtra sumãtur usu eueniet ut quoniã deorsum ferri expedite non queant:innatent & partem totam fere occupent inanem.
Quãobrem cũ dulcia nobis similiora q̃ acria sint:ocius a dulcibus impleamur. Cõgruũ enim ut cõtra eueniat:quãdoquidem a similibus minus satiari consentaneũ est. An quoniã nõ æq; præmature cõceptaculũ:ex quo hausimus & corpus quod uescitur impletur:sed ueuter quidé repletus aliquãdo est:ut eorum qui sitiunt. Sitis auté nihilominus superest. Nõ enĩ ea de causa sitis cessat: qa uéter plenus homoris é:sed qa mébra corpis oĩa humoré cõmodũ sibi attraxerint:q; ubi illa satis suũ desideriũ expleuerũt tũc sitire cessamus:ita etiã fames:nec aliter tolli potest.
Cur ocius a dulcibus q̃ acribus sentiemur. An qa ocius dulce q̃ acre appetere desistimus:sed an pinde ut uenter impletur:nos quoq; dulcibus saciari possimus cõfessum nõ est. Cũ igitur desideriũ celerius his ipsis expleri possit doceudũ est. Aliméti desideriũ siue cupiditas ut simpliciter loquar indigétia est:cũ cibũ uel nullũ uel pauculũ habemus. Quod cũ acria nõ ualide nutricare queãt : sed parũ alimoniæ multũ habeãt excreméti:merito amplius hæc appetimus ; parũq; eoꝝ cupiditaté exprolemus:qm̃ aliméto ité legemus:quo ipa careãt. At dulcia tota ipsa cibus idoneus sunt : atq; ex paruis qbusdã eiusmodi escã corpus capit uberioré. Quod cũ se abũde refersit:nihil edere ꝑterea potest. Plus enĩ tollerare nõ potest:atque ita efficitur ut ocius a dulcibus satiemur.
Cur fructus arboꝝ & canes & cætera id genus utribus uehemẽter ĩflatis cõtẽta ualeant ĩcorrupta edurare nec minus quæ diligẽtissime picata obturataque circũundique fuerit. An qm̃ corrũpi oĩa solẽt cũ mouent. Quæ aũt plena sũt ĩmota ꝑsistũt:haud enĩ fieri põt:ut motus sine inani spacio agat. Atqui istæc quæ ita ĩclusa sũt pleno undiq; cõstãt:ergo ĩcorrupta seruari rõne.
Cur uinũ post pomũ putre epotũ amarũ sentiatur. An amarorem putredo habet. Itaq; quod de pomo per summa insidet lingnæ humori qui bibitur permixtum:diffusamque amaram efficit potionem. ipsum autem pomũ per se esitatum minus depræhendi propterea potest:quia saporis id genus multa atingat inq; exigua discenatur.
Cur edenda bellaria sit:ususq; secundarum mensarũ adiici debeat. An ut satis bibamus. Non enim

sitis gracia solum quæ per mésam primã nos teneat bibédũ:sed ẽt post hausisse aliqd iuuat.
Cur nuces tostæ refrigerate deteriores redduntur:& panis quoque & glandes: & multa id genus alia rursusq͏̃ calefacta eadem meliora euadant. An propterea quod refrigeratis succus cõcrescit & cõstat tepefactis rursus dilabitur. Suauitas auté nõ nisi per succũ percipi potest.
Cur post fructuũ esitationé.ut ficuũ cætetorũq͏̃ generis eiusdé uel uinũ merũ uel aquã supbibere debeamus.quæ qdé aduersa íter se sũt.an qa genus pomorũ & calidũ & humidũ cã suæ generatiõis est.habet ení tũ ignis copiã tũ humoris.itaq͏̃ succus pomi ueluti feruoré intº pigné excitat quo mõ mustũ foris efferuet.uí tñ hebetiore humor aũt minus cruditaté cõmittit. Aqua igiť suo frigore feruoré illũ frãgit.atq͏̃ extĩguit & uinũ suo calore idé plærũq͏̃ efficere põt:quippe qđ perinde ac q͏̃ ignis igni multus pauco uires subtrahat.amplius tamẽ humoris copiã suo calore emollit:& cõcoquit:suoq͏̃ põdereinnatantem illum feruorem uincit ac reprimit.
Quam ob causam caricæ bifidæ tantũ dulcissime sint nec multifidæ:aut omnino in fidæ dulcediné præstét. An q͏̃ ex multifidis respirauit:euaporauitq͏̃ cum humore pars dulcedinis plurima í his aũt quæ infissæ coniuent humoris diluti copia est:quod nihil fere inde exactum fuerit. At quæ fisse q dem sed tamen fissura multiplici sunt immunes utroq͏̃ isto incõmodo caruerunt.
Cur si ficus in furno siccantur:duriores efficiuntur q͏̃ si exéptæ foris refrigerenť. An quoniã in furno humor totus ex nimio calore euaporať:foris aer circũfũdés humoré cõtrahi emanareq͏̃ ꝑhibet ita.n.ut leuiter euaporetur potius accidit. Sũt aũt quæ siccét dura:quæ humét mollia.
Cur ab acerbis uinũ aut aqua epota dulcior sentiať:cxéplĩ gra͞ si quis glãdes:aut myrta aut tale quid ori mãduerit. An merito ita fiat:queádmodũ uel in cæteris agiť:oĩa nãq͏̃ plenius eadé apud sua contraria innotescũt:Contrarioꝝ auté sapores oppositi ferme inter se sũt. An ut res in his est:quæ colore inficimus:ita etiã lingua acerbis cõficitur illis:meatusq͏̃ suos patefieri patitur:ut dulce subire amplius possit. Res ení quasq͏̃ inficiédas humoribus quibusdã acerbis ante ímetgimus:ut inde affectæ ífici colore plenius atq͏̃ in eluibilius possint.
Cur dulcia minus dulcia sentiẽtur calida q͏̃ refrigerata. Vtrũ propterea quod simul sẽsus duo existũt idest calidi & dulcis itaq͏̃ calidi sensus reliquũ depellit atq͏̃ obfuscat. An q͏̃ etiam succus dulcis calidus est:itaq͏̃ ignis igni adiicitur:ergo calor est:qui impediat. An q͏̃ ignis uires omnium minuit quia uim obtinet commutandi:calida igitur propiora mutationi sunt:refrigerata resident sibique iterum constant.
Cur paleæ fructus duros atq͏̃ inconcoctos emoliunt immaturitatemq͏̃ adducunt.mites autem & cõcoctos non putrefaciunt. An q͏̃ palea calida & attrahens est. Suo igitur colore concoquit:& per uim illam attrahendi saniem omnem seuocat:atq͏̃ imputridos seruat.
Qua de causa ficus cum moles dulcesq͏̃ sint dentes offendant. An quia gingiuis sua lentitate adhærẽt seque præmolles inter détes insinuãt: & putrediné per suũ calorem cito conficiunt forsitan & ob granoꝝ suoꝝ duriciam dentes celeriter effatigãt cũ manducantur conficiunturque.

DECIMA.VI.PARTICVLA QVAE AD MARE SALSAMQVE OMNEM AQVAM ATQVE AQVAE CALIDAE RATIONEM PERTINENT.



Vr fluctus pelagi alti superfrangi non soleant:sed parui tantum & breuis. An quia parum humoris cum fertur discerni a spiritu facilius potest:quã multum. Cur naui gia onustiora in portu q͏̃ in alto esse uidentur celerius etiam de alto in terram ueniunt quã de terra in altum prouehunť. An quod plus aquæ q͏̃ minus reniti ualidius potest:pauca.n.oppressa onere redit:ut demergi necesse sit:multa econtra repellit ac substinet. Vis enim ea est aquæ ut sursum uersus compellat inferius ergo ut in portu maris parum sic multum in alto est:Itaque plus oneris conuehi in portu uidebitur:ẽt mouebiť ægrius qa magis ímergitur & aq͏̃ minus reniti põt. At uero í alto res cõtra usũ eueniat:
Curfluctus interdum prius eueniant q͏̃ uenii. An quoniam primo spiritus ortu maris pars prima impulsa partem sibi continuam ipsa compellit:itidemque deinceps uice pari:seriæque agitatur perpetua. Quamobrem cum mare ipsum continuum sit:efficitur ut quasi unus ictus cõtinuos ex his omnibus exultet:idque fieri uno in tempore possit. Itaque euenit:ut prima & ultima pars simul moueant:quod aeri nunquam accidit:quia cordore uno continuo hic ée non potest:eo quod multiplici undique repulsu retorquetur atque conquatitur ut primus ualidissimus que mouendi impetuis refringatur impediaturque:Quod mari accidere propterea nequit qua grauius aere motuqne difficilius est.
Quam ob causam cum aliquid in mare undabũdum & æstuans iactum est ut ancora unda residet & quiescit:An quod mari ponderi cedit quod defertur quo cum aer delabatur:qui cum per directum in imum defertur atque atrahitur secũ eodé id ttahit quod mare delatere concitat: æstus

autem maris nō desuper tendit ad ima:sed per summa uersatur:quo sedato tranquilitas oritur. Ad hæc cum mare in ea spacia coit:quæ ponderi descendenti cesserint:uertiginem mouet quæ non nisi circulo agitatur. At cum linea recta circulum p punctum attingat:fluctusq; ad lineam rectam obliquæ ferantur:fieri pōt ut fluctus ipsi p punctum oras uertiginis attingant:nec prædictam ob cām tantū sed etiam q ipsa uertigo accedens suo impetu circūundiq; illos depellit:quod cum itaq; fluctibus pars ea uertiginosa careat:merito unda iacta anchora residet tranquillaturq;. Adde q aer qui cum pōdere illo delapso descendit:mox sese referens undamq; sursum compellēs bullas excitat quippe cum bulla humore consistat:qui de imis ad supera pulsus ab aere efferatur:omnis autem bulla lenis serenaq; est. Indicium uero q unda q̄ pondus in imū corruit: submisa in cauū paulopost resurgit:& mari circundanti æquiperat.

Cur interdū nauigia dum cursū agunt in mari quieto repente absorbentur:totaq; ita periunt ut ne naufragiū quidē fluitans nusq̄ appareat. An cum locus cauernosus terræ subditæ mari disrumpit simul in mare nauigia introrūpunt: introrsūq; spiritus īpetu trahuntur. Cumq; īpulsu pari circū undiq; agitentur:deorsum ferātur necesse ē. Hoc idē apud Mesanam quoq; in freto fluctu reciproco euenit. Fiunt enim eo ipso uertigines:quæ in imū obsorbēt:tū ob eā quā diximus cām tū ēt p mare illud ē: terraq; ad lōginquū usq; subhiat cauernosa. Vertigines igitur eo usque per uim ducti tāt itaq; efficitur:ut inibi fragmēta nulla ualeāt fluitare. Fluxus autē ille fieri solet cū flatu desistē te priore:mari itē fluente flatus aduersus primo occurrit maximeq; cū auster. Cū.n.unde inuicem cursitāt:inflictu prætereunt mutuo:quo scilicet modo i fluminibus fieri nouimus:atq; ita mare ī girū uertitur:quæ uertigo aut uertex uocata est. Fertur autem unda manfractū inicio motus uali do desuper irruente. Igitur cum undas urgere inlatus non liceat:impulsu namq; repellūtur mutuo compelli prorsus in imum necessum est. Quamobrem id quoq; deferri eodem una cogitur quod uertigo præhenderit eademq; causa est:cur etiam nauigia resimentur:repandaq; deferatur cum de uorantur a uertigine:Iam enim aliqua erecta.ex toto descendisse memoriæ proditum est.

Cur mare ponti candidius quā ægæi est. Vtrū propter uisus refractionē factam demari in aerem. Est enim aer pōti crassus:& albidus itaq; fit:ut etiam maris pars sūma talis esse uideatur:ægæi uero quoniā a longinquis usque purus & liquidus est:ceruliu: cernitur quo circa mare quoq; aeri renitēs: colorem eundem representat. An quod lacus omnes q̄ mare candidiores sunt:pōtus autē in lacus spēm propemodum transit:eo q multi in eū fluuii effluunt:nec uero mari solū candidior lacus ē:uerūetiam fluuiis. Vnde pictores flumina pallida:mare ceruleū lacū candidū pingere non inepte cōsueuerunt. An quia per aquam bibi idoneam uisus penetrare facile potest aerem uersus reflecti tur de mari autem nec sursum reflecti potest:quoniam leuis aqua non est & deorsum progrediens fatigatur itaque fit ut mare nigrum esse uideatur. At qui mari quod lacum simulat pars dulcis per summa innatat. Salsa uero in imo est. Quamobrem q id penetrare aspectus nquit:sed ad ucem reflectitur albedinē per summa ostendit.

Cur mare minus qua aqua bibi idonea frigidū ē:oēsq; salsi humores nō ut dulces frigidi sūt. Vtrū q mare spissius & corpulentius ē:tale autem quodq; minus refrigerati pōt:sicut & amplius incalescere aptū ē:qppe q caldorē seruare suā ob densitatē melins possit. An quia mare pinguius est quo circa flāmā æque extinguere atq; cæceræ quæ nō potest. Calidius autem quod pignis est. An qm̄ multū terræ in se cōtinet ꝓpterea siccius est:quod autē siccius idem calidius est.

Qua de causa qui mari se lauerint:ocius reficcent cū mare grauius sit q̄ aqua dulcis. An quia crassius & terrosius est:ergo cū parū humoris habeat:merito siccari potest celerius.

Cur pflante aqlone:mare pspectius:atq; trāslucidius sit q̄ austero. An qa mare cū se renū est colorē trahare sibi assolet. Inest enī aliquid pinguis in succo salso. Indiciū q die tepediore oleosum quiddā secerni u demus. Ergo trāquillo tepedioriq; mari succus iste sua leuitate per sūma pandit: quod aquilone fieri minus pōt causa frigoris. Est autē aqua translucidior q̄ oleum. Id enī colore obducitur. Aqua uero expers coloris uisū obuia apertiorē sui præstat suspectionem.

Cur fluctus uentum præ se omnes ferant. An quia flatus futuri indices sunt:flatus enim īpulsus aeris est. An quia uice ꝓpellendi successiua cōsistunt:ꝓpellit autē flatus nōdum continus sed exoriēs Prim⁹ igit q̄si emarcuit:mox aūt hūc ꝓpellit factaq; altera dēsitate elāguescit:Quare cū hoc propulsu iā adest:propellēs quoq; illud uēturū esse palā fit. Facit enī idipsum cū incipit.

Cur fluctus anteq̄ flatus erūpit. An qa nō simul flatus desistit.& mare undabundum sedat sed mare postea cessat:iō fieri pōt.ut qui mouerit spūs ante occidat q̄ sensu obuius sit,itaq;.nā fluctus spiritū prior est:sed ille latet hic patet. An flatus nō undiq; simul spiret:sed primū unde exortus sit. Simul aūt spirat:& mare sibi proximū agitat:quod exitū subinde proximū mouet:atq; ita fieri pōt: ut fluctus flatū possit anteire. Motus enī ille uelocior a mari nō a flatu principiū ducit.

Cur in mari melius q̄ fluuiis natare possumus. An q qui natat sedulo aquæ admittēdo natatus adniti autem firmius ad id possumus:quod corpulētius est. At aqua maritima fluuiali corpulentior

est crassior enim & ad renitendum ualidior.

Cur mare deuri potest aqua non pōt. An & aqua deuritur sed mare minus ignem extinguit: quoniā pinguius ē. Cnius rei indicium oleum facit: quod ex sale depromit potest. An etiam meatus maris minus congruant igni: aut qui crassiores sint. & eo magis quod salis ratio non deest. Vt igitur qđ siccum est: minus extinguere q̄ quod humidum potest: ita etiam quod amplius siccum est: idem ex ratione urentius esse debet: & alterum magis altero. Quo enim siccius eo caladius est: mari autem isthæc ambo inesse plenius palam est.

Quam ob causam demersi in mare plus temporis ualeant tolerare quam in fluio. An quia fluuialis humor tenuior: Subiens igitur copiosius strangulat.

Cur mare perspectius & dilucidi⁹ ē: quā aqua potu idonea: cū crassius sit dulcis enī salsa tenuior. An tennitas causa non ē: cur mare dilucidius sit: sed directi meatus id faciunt: quos tum plurimos: tū amplissimos continet: ergo illa potu idonea spissa ex tenuitate suarū partium est salsa amplioribus intersticiis inanit. An quia mare purius & sincerius est: terra enī nulla in eo permanat harena suo pondere delapsa in imum subsidet. At humor dulcis mixtus cū terra est. quæ interueniens facit u t cito perturbetur.

Quā ob causam mane aura frigida demari non spirat: de fluminibus spirat. An quoniam mare locis patulis spaciosisq; dilatat: flumina angustissimis concluduntur. Aura igitur maris per multa uasta que spacia dispalata redditur: imbecillis fluminum autem uniuersa extiguitur: itaq; amplius ualet & frigiduscula merito occurrere potest An causa non in eo est: sed ut fluminum sua natura frigida sunt: sic mare nec frigidum: neque calidum ē aura autem omnisque respiratio: humore uel calscen te: uel frigescente executi solet enim utrū ex his fuerit: humor aerescente aer qui inde ortus spirat aura est: qui si a frigidis proficiscitur frigidius merito spirat si a ualde calidis cito refrigeratur. Flu uios igitur frigidos comperire omnes possumus: mare autē neque frigidū neq; calidum ualde ē ita que nec frigidum esse id potest: quod ex eo respirat cum scilicet mare frigidū ipsū non sit: nec cito refrigeratur quia calidum ualde non est.

Cur fluctus alterioris pelagi tardius desistant: quā breuioris. An quia res omnis serius ex motione multa quam pauca requiescit æstus autem magni pelagi amplior quā parui est. ergo nihil temere agitur si tardius quietatur.

Cur aqua salsa frigida bibi non potest: calida refrigerataue post quā calefacta ē: melius potest. an ꝓ pterea ꝙ de contrario in contrariū res quæque mutari solita est aqua aūt salsa dulci opposita ē. & cum calescit portio salsi decoquit: cū refrigerat̃ in imū defertur & subsidet.

Cur aquæ positæ propter mare dulces magna ex parte non sale compiant̃. An quia percollatæ potu aptiores redduntur: percollari autē id melius potest: ꝙ mari propius situm est.

Cur aqua salsa ꝓfluere nequeat an quia stabile quod graue ē. Salsa aūt aqua grauis ē: qua ꝓpter calide tantūmodo ex salsis ꝓfluere possūt: hént. n. sibi leuitatē: quæ pōdus salsuginis superat. Calidū nā que leuius est. Adde ꝙ aquæ ꝓfluentes per terrā nimiꝫ percollari queunt: itaque quantū crassius & grauius est id assidue magis magisque defertur & subsidet: quantum leuius atque sincerius id se uocatur & profluit. Vt enim salsum graue ita dulce leue est: atque ita efficitur: ut sint dulces quæ profluūt: hæc eadem causa est: & cur aqua salsa cum mouetur mutaturque dulcior fiat: leuior fi- at enim permotum atque sincerior redditur.

Cur si q̄s ī affrica ꝓpter mare ī foderit: aquā prīcipio dulcē post breui salsam eādē cōperiet cū cæte ris ī locis minus id ipsū īueniat. An prima loci illius aqua concocta sub terra ē: quæ cū diutius mā serit salsior a mare transmissio efficitur: ut quæ nuper constiterit: cæteris aūt locis aqua uel nulla est uel pluria nulla prohibente siccitata est.

Cur sal eliquari ocius aqua salsa q̄ dulci possit. An ꝙ eliquari nō aliud est: nisi ab humore coloreue subeūte resolui: & dirimi ita ut liquidū sit eliquare autē nequeunt: quæ uel subire oīno nō possūt: uel quæ ita subeūt ut tangere nequeant. Vix illa uero eliquāt quæ facile trāsmeant: cōtra celerri- me dirimūt: quæ per uim se intrudunt. Subire autē nequeūt: quæ amplis admodū partibus cōstāt: quippeq; meatus rei subeunde excedant: contra quæ minutioribus constant: transeāt sine tactio- ne. At qui ut dulcis aqua tenuior: ita salsa crassior est: ergo altera sua tenuitate facile penetrans uix liquefacit. Altera subit quidē: sed minus ꝓpter suarum partium magnitudinem. Itaq; cogere & ꝓ- inde dirimere celerius potest.

Cur aqua minus candeat si moueatur: quod uel maris æstu inspici potest. Vnde Homerus flatu oriē te inquit: & flatu nigrescit pōtus eodem. An duabus de causis. nam si ex propinquo cōtuimur cau- sa est ꝙ uisio magis trāsmeat: aqua manente quā mouēte eripit̃: nāq; trames oīs directus cū moue tur. Candidū autē id esse uidet̃: quod perspectū atq; ꝑlucidū est. Per quod enim uisus transire ne- queat: id atrū esse affirmant. Quāobrē aerē quoq; nigrū e longinquo candidū ex ꝓpinquo uide- mus & maris ut quod prope abest candidum ita quod procul ceruleum & nigrum: sed si e longin-

quo ſpectatur:cauſa eſt modus quidam quo aſpectus mouetur cum ſe ad elongatiora deducit Quinetiam cum aqua quieſcit aſpectus uniuerſus in lucem reflectitur:quod fieri nequit cum illa mouetur.

Cur fluctus præalti pelagi nequeant ſuperfrangi quemadmodum parui. An quoniam aqua parua diſtrahi ab aere magis poteſt:q̃ multa:propterea percuſſa facilius frangitur. Atqui in alto multa in breui pauca eſt:quæ in fluctus compellitur.

Cur loca auſterum uerſus ſpectantia aquas continent ſalſiores. An propterea quod mare in terram ſub auſtro interrumpit. dulces cum ſalſis miſcentur.

Cur aqua ſalſa uino dulci magiſq̃ auſtero ſupnatat. Vtrũ ꝙ dulce plus terræ cõtinet ſicuti uua paſſa An qa grauius & lẽtius dulce ẽ:itaq; min⁹ miſcet̃ ĩmixtumq; reſidet atq; innatat.

Sed cur omnino poſſit innatare cũ terrena:ſit nãq; delatio uſus deorſũ ẽ. Vtrũ propter calorẽ modo ſalis excremẽto nãq; p ſũma erũpenti res ſimilis ẽ: An alia cã ſit. Nã ſi nõ propter ea ita fiet uel dulci innatare minus incredibile erit:calidiſſimũ enim eſt.

Cur fluctus ante interdũ ueniãt q̃ uẽti. An ea de cauſa qua etiam poſtea deſiſtũt primus etenim flatus prius quaſi lãgueſcit:q̃ fluctus ille impulſus: deuenit aũt in terrã:nõ ea unda:quæ prima impulſa ẽ:ſed id uice pari ſubinde impellit̃ quod proximum deinceps excepit.

Cur littora fluctuoſiora ſolida ſæpe efficiant̃ adeo ut plane pauimẽta uideant̃ : & ut ſolida ſũt:quæ frequẽtia fluctuũ cõcaluerũt ita pars remotior ſoluta ſit admodũ & cedens. An ꝓpea quod fluctus harenã nõ minutiſſimã ſed maiuſculã procul eiicit:ut & manus nõ quod minimum ẽ:id maxime longe iacere poteſt. Tum etiã cũ permulta & uaria promiſcue cõquatiantur:uerſenturq; pars minimorũ interlapſa ſpiſſat. atq; cõſolidat:mox fluctus reſidentis:motio nihil ꝓpterea protrudit:ſed opprimit pauimẽtatq; : ergo quod exigua ꝓcul exilire nõ queunt incidit ut ex paruulis moles coaugmentetur quæ quoniã motu frequẽti agitatum eſt cõtinua redditur:harena ſcilicet ĩterlapſam te prætenui:dũ cõpages cõtentione ꝑpetua cõſiſtat. Tũ fluctu ultimo pauimentatur:& humor leniter ſenſimq; irrorãs cõglutinet. At ꝑs ſepoſita oræ arida diſgregatur & funditur lapillis etiã conſtat maiuſculis minuſq; cõplanata eſt.

Cur ſuperius mare ſalſius & calidius ſit quã inferius : & puteis quoque potu idoneis pars ſuperna ſalſior ſit quam ima:quanq̃ eſſe ecõtra debuit:grauius enĩ quod ſalſũ ẽ. An quia ſol & aer partẽ humorũ leuiſſimã aſſidue detrahũt dulciſſimã autẽ quod leuiſſimũ ẽ potiſſimũq; de propioribus locis hauriunt:& maris igitur & aquarum dulciũ ſũma uis ſolis exercet. Itaq; ſalſius id eſſe neceſſe ẽ quod his reſiduũ extat unde humor dulcis exactus ẽ:quã unde uel nihil minus abiit:propterea calidior quoq; pars eadẽ ſuperior ẽ. Salſũ enim q̃ dulce calidius ẽ. Qua propter quibuſdã ex his qui a diſciplina heracliti ſnnt:placet ut dulci ex aqua ſiccata concretaque lapides terraque creentur mare autem ſit unde ſol exalationes eliciat.

Cur maris pars terræ proxima dulcior eſt. An quia frequentius mouetur:Salſus autem humor:cum mouetur dulcior redditur. An quoniam aqua in profundo ſalſior eſt : minus autem lata quæ proxime terram eſt. Quamobrem quæ ſtatim a terra præcipiti altitudine deſcendit:ſalſa eſt nec dulcedinis tantumdem reddere poteſt. Cuius rei cauſa eſt:ꝙ ſalſa ſuo pondere in imũ potius deferat̃.

Cur mare ſolum oĩum aquarũ deuri poteſt:non enim pluuia nõ fluuialis non aliqua potu idonea. Vtrum quia multum cõtinet terræ. qnod ſalis argumẽto ipſius cõſtat. An quoniam pinguiuſculũ eſt:quod olenm demonſtat quod in ſale reſudetur

Cur lacus harenam uel nullam faciat:uel minuſq̃ mare & fluuius. An quia ſaxa in mari conſiſtũt: & terra deuſta maxime eſt harena autem ſaxum in parua minimaq; perfractum eſt:quod ictu fluctũ frangitur. At in lacum ſaxa non æquæ conſiſtunt pura ſinceraq; neq; frangi itidem poſſunt eo ꝙ fluctus non pari modo excitantur. Sed in fluuiis confici harenam, potiuus dixerim: quoniam terram hi detrahunt:ſaxaq; ſuo fractu perfrangunt.

Quam obcaſam cum lacus uel deminutus uel exiccatus eſt : fumẽtum in campo acrius gelu deurit̃. Vtrũ ꝙ humor lacus acrem ſuo uapore tepefacit: ut minus atq; imbecillius congeleſcat:quam locis paluſtribus & cauis. An de terra ut uulgo dicitur frigus incipiat & ſubeat : ſenſim lacu igitur abſumpto frigus per terræ ſpacia, ampliora plenios inuadens gelu inſtringit deuritque amplius. Locis autem cauis atq; paluſtribus frigora de imis aſpirant quod etiam uulgo creditur & q̃q̃ terra, caleat tempoe hiberno:tamen quia humida eſt : calor per ſumma inſidens refrigerat̃ : & perit: humor enim nec adeo procul eſt ut refrigerari caloris interioris beneficio nequeat:nec adeo paucus ut nihil ualeat madet enim terra ubertim. Fit igitur eo ipſo congeleſcente : ut quaſi ſuper glaciem & ambuletur : & hibitetur.

Cur mare ſimul & ſalſum amarum eſt. An plures eſſe in mari ſapores nil prohibeat:quippe cum genus ſalſum amaro coniungi eſſeq; ſimul latiſſime pateat.

Cur lapides & teſte in mari totunda reddantur. An quia extarna compari ademptu circumfracta

in rotundam se colligunt speciem:hæc enim sola simili extremo clauditur:mare autẽ quo quo uersus agitando pariter circũundique frãgit:atque obiundit.

Quam ob rem nonnusquã si quis circa mare infodiat :aqua dulcis principio emanet:post uero salsa efficiatur.An propterea mare ipsum dulcem illum humorem sub terra transmittit percollatque merito principio dulcis est:leuior.n.dulcis q̃ salsus est.Itaq; prior occurrit:& mare dulcis aliquid humoris in se habet:quod terræ permixtũ facilius innatare potest.SIsum uero quoniam & grauius est & aptius est ad secandum in imum defertur.Siue igitur ita est:siue per uenas ex cõtinẽte in mare dulcis profluat humor:non in merito p maris summa extare possit:qua se cũ eo cõmittat ergo meatibus post ea patefactis humor salsus copiæ suæ ratione uincendo. salsugine totam afficit aquam Accipit.n.ut supis obseptis meatibus:cõfluuiũ salsi hnmoris inter aliud faciat:contraq; patefactis totum istuc pferatur:quõ in corporis uenis fieri nouimus.

Cur mare cũ grauius quã aqua potu idonea sit clarius atq; perspectius est:Vtrũ quia pinguius est nã si oleum affusum efficere potest:ut melius per aquã incernere sit:merito cũ ipsum mare in se pinguis aliquid hẽat: perspectius & dilucidius sit:ipsum enim oleum aqua leuius est:quãuis nõ perspectius. An mare nõ pspectius est:sed esse tale uidetur:quippe cũ aqua dulcis:aut fontis:aut fluminis sit fons suam aquam non sine terra emittit:ut purissima esse nequeat flumen tũ terrã tũ fecẽ secũ detrahat.Causa igitur hæc sit:cur dulcis minus perlucida appareat.

Qua de causa qui mari natant:uentre salubriter euacuãtur:haud enim quia laborant:nã qui curriculo eunt uæhementius elaborant:sedtamẽ nõ ita euacuantur. An nõ oĩs labor id faciat:sed solus q nullã dat causam tabescendi intestinorũ:maris aũt mora uel oĩo edatiorẽ:& uentris inanitate aductiorẽ hominẽ reddi uidemus:est eteni uapor maris calidus & siccus.

Cur lacus pæsa qui potu idoneus est lauat:simul & purgat uestimẽta humor.n.dulcis lauare põt:amarus purgase atq; abstergere:quæ quidẽ haberi simul non possunt.An nullus humor uestimẽta suo amarore possit purgare:sed lentore tantũmodo quãobrẽ trunculi:& quæcũq; mucosa uim abstersoriã obtinent.Igitur & amara quæ ferme lentescũt purgare queunt cætera nequeunt.In hoc autẽ lacu accidit ut nitro uirtutis amarũ totũ deustũ sit pingue & lentum remaneat.Hoc igitur abstergit & purgat.Lauat autem suo dulci humore.

Cur maris undabundi quod desistit albicat:quod ꝓuoluitur nigricat.An quia quod minus cernim⁹ nigrius id esse uidetur:minus aũt cernimus quod mouetur q̃ ꝙ quiescit.An quoniã cãdet ꝙ trãspicitur nigrescit quod aspectu paruiũ non est:minus autẽ id transpicitur quod mouetur.

Cur aqua ꝑfusi calida minus calorem percipimus cum perũcti oleo sumus.An ꝓpter corporis lenitatẽ facile aqua dilabitur minusq; immoratur quã ut calor subire ualeat.

Cur puteorum aquæ tepidæ a meredie æstate reddantur.An quia tunc frigiditate aeris iam superata calor plene inualuerit:ante autẽ frigor calore soluitur & cessat.Nõ enĩ simul alter cessat alter inualescit sed spacio temporis.

Cur aqua interdum facta calidior quam flamma ligua deurere nequeat:flãma queat.An quia flãma prætenuis est:spiritusq; ex ea proficiscens partibus tenuissimus constat.aqua profecto crassiucula est:itaq; subire non potest.At uero flãma carbonũq; ignitamentum suam ob tenuitatẽ facile subeunt:& quæ resoluunt.

Cur aq̃ feruẽs liq̃facere neq̃at:uẽter q̃at.Vtrũ uẽtris calor sua tenuitate subire põt aqua sua crassitudine nequit.An ꝙ cætera quoq; liquefieri humor ꝓhibet.Nulla.n.res est quæ iter humorẽ dilabi & tabescere possit.At in uẽtre humore in uesicã secluso facultas resoluendi acquiritur.

Cur fundus uasoꝶ nõ urit:quæ aquã feruẽtissimã continẽt:sed plæriq; fundo sustinẽtes deportant: aqua uero ipsa exẽpta urere põt.An eo ꝙ calor in fundũ uasis cõtractus extingui ab aqua potest.

Quo fit etiam:ut eliquari res nequeat:eliquabilis siquid humoris admittatur.

Cur aqua nõ perinde hiberno tpe:ut æstiuo efferueat:nõ solum pari cõcalefacta igni:sed etiam pleniori & tãtudẽ calens:atq; etiã uæhemẽtius.An ꝓpterea ꝙ aquæ efferuẽtia bullarũ elatio est. Aq̃ igitur ipsa nõ minus hieme q̃ æstate calefieri potest.sed bullas efferri:frigus ambientis aeris prohibet.Itaq; minores paucioresq; consistunt.At ætate contra oĩno est.Ille autẽ efferuendi æstus nõ nisi freduentia magnitudineq; spumæ exultat.

Cur calida aqua rugare potest:ignis qui tã calidus est nõ potest.An quia ignis spiritũ agit ut tũ efacere ualeat.circũ enĩ cutis obtendit ruga autẽ cutis cõtractiũcula est.

Cur fundi uasoꝶ q̃bus calefacimus aquã tadiu calidiores sunt:dũ aqua ipsa frigidiuscula est.an q̃m aqua adhuc frigida calor cõcludat:circũ obsistatq; intus:cũ ei exitus oĩs denegetur. At uero aqua cõcalefacta:q; nihil ꝑterea calor arcetur.sed libere respiret:deminuaturque fundus frigidior redditur:non secus ac balneæ.has enĩ hieme q̃ æstate calidiores experimur : quoniã calor hiberno potiusq̃ æstiuo tẽpore aeris circũfundentis frigore intercluditur.

Cur aqua feruens nunq̃ expaflat:fressum oĩe atque lenticula solida expaflant: q̃q̃ his leuior aqua ẽ

leuius autem procul ꝓiici facilius poteſt. Quinetiam argentum cũ decoquitur idẽ hoc facit Itaq; qui in officinis argentariis defecandi funguntur officio argenti reliquias colligunt lucro. An quia expaſlationẽ calor agit euaporãdo cogendoq; ea quæ ſuo naturali inpetu obſtant aqua igitur quo niam leuius & prætenuis eſt:nihil per uim reiicit:itaq; nimius calor colligi non poteſt:ſed antequã contrahatur:reprimitur omne:atque excutitur:quod ſubinde acceſſit:at uero quæ corpulentiora ſunt ut polenta ut argentũ:hæc ut per corporis grauitatem arcent repelluntque ita ui per renixum erumpunt:ut calor qua uicerit exiliat uæhemens. Facit enim corpulentiæ ſpiſſitas ne tranſeat: ſed arceatur dum ictu caloris ſuperfluentis extruſus ſit:atq; eiaculatus. Fit ergo ictus non impulſus ut pote cũ calor inferius ſurſum uerſus efferatur celeriter.

Qua de cauſa quæ paꝝ temporis calido in humore maduere tumẽt:quæ multum hæc collabũtur & rugant. An quoniam calor ut ex cõcretis humorẽ elicit:ita ex humore ſpiritum creat denſaque omnia laxat. Principio igitur concreta tepefaciens facit humidiora cũ ſpiritum ex humidis ducens diffundit & tumefacit. Cumq; amcalefecit partem ſũmã elaxat.ut uapor inde reſpiret:humorq; ef ficatus facit ut moles concidat qua collapſa cutis omnium ſumma rugatur:quo autem contracti one inequali flacceſcunt :eo rugoſa multiplici aſperitate efficiunt.

Cur aquis calidis potius quã frigidis lapides concreſcant aiq; coaugmentent. Vtrum quo lapis defe ctum humoris conſiſti caloreq; potius quam frigore humore deficit & lapideſcit calore:ut etiam Empedocles lapides inquit & ſaxa feruentium aquarũ opera cõficit. An ſolum calor elapidat ſed frigor etiam humorem nimio gelu abſumendo:indurat facitq; lapidem. Quod ſi nimium frigus ita agit. Simpliciter quoque ita agi poſſe certum eſt.

Cur ſi inter aquam pedem qui teneat calidam pede quieſcẽte aquã minus calidã ſentiat mouẽte cali diorẽ. An idẽ quod uel in toto corpore accidat. Si quis enim curiculo it aerem qui ſubinde obuiã fuerit ſentit frigidiorem:eoq; magis qua curſum agit prolyxiorem.

Cur amplius in ſole res calidæquã in umbra refrigerent. Vtrum quia minor calor a maiori abſumi tur. An quod in umbra frigor circũfundens calorem interiorẽ reprimit : nec effluere ſinit:quod idẽ moribũdus aqua:offuſa frigida aduehit:qppe calorem concludat & arceat ne foras ſe promat. Deniq; per hyemem omnibus accidit calidioribus ſuam eſſe partem interiorem. At in ſole ui nul la arcente calor effluit:atq; ocius euaneſcit.

Cur aqua minus ſalubris balneo ſit:quam ſol tepefecerit. Vtrũ quia corpori adhuc inſidens refrigera tur:horroremq; mouet: An eſt etiam iſtud. Verũtamẽ & ſi quis ea ſæpe utatur ualitudini fiar ob noxius. Res enim calida omnino uim coquẽdi ſiccandiq; obtinet:frigida compeſcere atq; cõtrahe re poteſt. Itaq; utraq; aliquid boni affert:quapropter aqua & frigida & calida ex igne balneum pre ſtat commodũ. At quæ ſub. ſole tepuerit. ob ſui caloris imbecillitatem præbere illorum neutrum habet:ſed humificat tantum perinde ac luna.

Cur aqua ſole calefacta parum ſalubris ſit. An quia rigorem aduehit. ubi refrigeratum eſt.

Cur aquæ magneſiæ:& artanæ feruidæ ſatis ſint potu idoneæ An quoniam aquæ copia dulcis. ad ꝓ fluentem calidã ſeſe applicat:eo tum modo:ut ſalſugo tollatur:& calor eduret.

Cur aquæ magneſiæ feruidæ feruere quidẽ:aliquando deſierunt. ſalſæ tamẽ nihilo eſſe diſierũt. An ꝙ aquæ copia frigidæ aliunde fuſa in fontes feruidos calorẽ omnẽ extinxit:Itaq; terra tametſi ſal ſa perſiſtere potuit:calida tamẽ eẽ propter aquæ adiunctæ copiã potuit. Proximũ igitur id accidit aquæ quã per cinerẽ tranſmiſſam collamus. hæc enim tranſmiſſa ꝑ calidum cinerem nec ipſa ſuũ frigorẽ amittit:& cinerẽ frigidũ reddit. Salſa tamẽ amaraq; per cinerẽ ẽ. Sed cũ aqua quæ frigida acceſſerat:alienigena eſſet:color uernaculus terræ frigorẽ illũ paucіorẽ euincere uiceuerſa potuit atq; ita ſuum calorem aquæ recepeſunt.

Cur aquæ feruidæ ſalſæ magna ex parte ꝓueniãt. An ꝙ plæreq; oẽs ꝑ terrã alluminoſam ꝑcollant: quod odore eoꝝ cõſtat. exuſtoꝝ autẽ oĩum cinis ſalſus eſt: ſulphurq; redolet:quapropter feruida oĩa modo fluminis urunt:& quidẽ plura fulminis tactu extiterunt.

Cur calidæ balneæ ſacre habeant. An ꝑpea ꝙ ſulphure atq; fulmine rebus ĩgenuæ ſacris ꝓueniant.

DECIMASEPTIMA PARTICVLA QVAE AD AEREM VENTOSQVE PERTINET.



Vr membra corporis noſtri in utribus obtenta inflatis doleant. Vtrũ ꝓpter preſſu ram aeris. Vt enim extrinſecus utrẽ præmenti aer nõ cedit:ſed repellit : ſic etiã quæ intus tenentur:aer eõprimit atq; affligat. An quia per uim aer retinetur : ſtipaturq; foras uerſus ſuapte natnra undiq; impetens nimirum ad id corpus enititur quod medium continet.

Cur paludibus iuxta fluuios poſitis fieri ſoleant qui bomugi appellantur:quos thauros numinis re ligioſos fabulæ narrant:eſt id ſane fremitus mugitui tauri adeo ſimilis ut boues. cum audiunt nõ

secus afficiantur q̃ si theurum senserint mugienté. An cũ aut fluuii in paludes se fundũt: aut paludes restagnãt: & uel a mari offense retorquérur: uel flatum uniuersum emittunt: tũ fremitus ille excitatur. Causa uero ꝙ terræ cauernæ infodiũtur: in quas aqua interrũpens quoniá fluctus in eiusmodi redundatione mouetur: aerem per angustas ceu siquis in amphorá inanem strepitũ ꝑ osculũ mouerit mugimento similis sonus exultabit: mugitus etenim bobus per idipsum figuræ genus ꝑfertur. Multas auté mirasq; uoces informare figuræ cauernarum uariæ possunt. nam & amphore fundum si quis detracto operculo uicissim modo intus attrahés: modo extra depellens ꝑterat: sonum perintercapedinem tam ingenuũ reddet: ut belluæ pertimescant & fugiant: quod pomarioꝝ custodes emoliti consueuere.

Cur aer cũ aquá tágit nõ humescit. Nihil enim de cæteris est: quod si tetigerit humidũ non reddat. An ita eorum extima coeũt: ut simul sine ullo intersticio sint: nec plano diuerso distinguantur. Igitur cætera quoniá grauiora sunt subsidunt: itaq; humorem sibi admittunt. Aer ut leuior nihilo inferius uergit: q̃ extremum limitet. Tangit ergo quia nihil interiacet: remanet expers humoris quia semper super aquam extat.

Cur nocte media & meridie maxime cælum soleat tranquillari. An quia uenti tranquilitas aeris statio & requies est: qui tum constare maxime assolet cum aut uincit: aut uincitur: & enim quádiu pugnat mouetur atq; inquietatur. Vincit autem maxime nocte dimidiata: uincitur meridie: ut enĩ medio noctis sol remotissimus sic meridie proximus est. ad hæc flatus uel ortu solis uel obitu incipit: cessat qui ortu cæperit: cum uictus est: qui uespera cum parta uictoria desinit. Itaq; fit ut alii meridie: alii noctis medio cessent.

Cur prima luce & iam inane frigus sit amplius q̃ nocte. cum sol a nobis propius absit. An quoniam cum dies instat ros cadit atq; pruina: quæ frigida sunt: ergo in spersis locis omnibus frigido humore merito acrius refrigeratur.

Cur in ponto intentius & æstus & frigora fiat. An aer regionis illius sua crassitudine nec hyems tepescere: nec ætate refrigerari potest. An propter uarium solis cursum. Recedit enim per hyemem: accedit per æstatem:

Cur noctu potius q̃ interdiu serenũ sit. An ꝙ & flarus & perturbationis causa solis uis ést. Istæc enĩ motu accito quodá oriunť. Calor igitur causæ est: ob eáq; rem cum his adest quiescunt oĩa: & sole abeũte magis q̃ ueniente. & quod dici solet. Nauibus hiberno uentos dat terra secundos: hoc sibi uult: ꝙ ubi motus maximus est: ibi minime quicq̃ uel seruari uel consistere potest: æquabili náq; statu uiribusq; efficacioribus esse id debet: quod consistendum cõseruandũq; sit. Mare autem hybernis temporibus terra æstiuis sæuire illum in modum solitum est.

Quam ob causam humor pleno contẽtus in dolio diffusus in utres: non solum cum utribus recipi ab eodé dolio possit: sed etiam locũ relinquere quo etiam plus humoris capiatur. An quoniá aer in humore inest qui dum in dolio est excerni ꝑpter dolii magnitudiné non potest. fit enim ut exprimi de maiori uel humor uel spiritus difficilius possit: quéadmodum etiam de spongiis amplioribus minus exprimitur. At cum in parua digeritur: extrudi iam de utribus expeditus potest. Itaq; dolium & utres: & humorem etiam alium capit magisque in uino id accidit: quia plus in uino aeris inest q̃ in aqua: huic sane proximum cineris & aquæ: tantũdem simul uas idem capere posse q̃tum plurimum utriusq; seorsum infusi capiat. Cineris enim complura caua & inania esse uidetur: quibus aqua sese insinuat: ut quæ tenuior sit & constipat uero spissatque arctissime quoniá particulatim constipatio agitur. Densantur enim adductanturque omnia plenius cum paulatim constipantur quam cum uniuersa quod cum ita fiat: cinis collabiturque: & subsidet simulque humorem in se per cauorum suorum opportunitatem admittit. At si cinis qui in aquam immittitur calidus est: aquam dirimit uertitque in aerem. Idem illud agetur etiam si primum aqua infundatur: post cinis iniiciatur: unde aquá etiam ipsam caua quædam & hiantia in se continere putaueris: An non aqua cinerem sibi admittat: sed cinis aquam. Quod enim tenuius est: subire id posse cõgruum est. Constat ité exprimento. Cũ enĩ cinis inspergitur. eodem reliqua aqua confluit quo loco inspsum est. Cuius cõtrariũ certe fieri debuit: si aqua cineris esset capiés. An si prius aqua uas ex toto impleuerit: nihil ꝑterea capiet sed adito quolibet effundeť. Sinauté ubi semel aliquid aquæ ĩfusum est cini descenderit iam tunc quod dixi eueniet: quippe cum cinis sit ipse qui capere ualeat. hæc eadem ratio est: cur foueæ terrá inexemptam recipere totam nequeant. Locus enĩ ab aere occupari uideť: itaq; fieri nõ posse ut tãtũdem recipiatur.

Cur aer q luce crassior est: solida ualeat ꝑmeare. lux ipsa nõ ualeat. An qa lux ꝑ directũ tm̃mõ ferť: ob eá ré oculus q tráspicere ꝑ rata nõ possit: ut ꝑ punicé qa meat⁹ euariát ꝑ nitrũ facile possit: qa meatus positi e directo sũt. At aer ĩpediméto nullo arceť: qm̃ qua tráſit tédere e directo nõ soleat.

Cur aer ꝑ aquq; tactioné frigidus reddi possit humidus nõ possit. ét si qs in aquá uæheméter inflarit ut fluctus inde moueatur: & mũdetur. Frigidum autem reddi constat: eo ꝙ qui ex aquis aspirat

refrigerat. An frigidus esse calidusue. naturæ suæ habilitate pōt. ut rei tactu imutet̃ quã tetigit; humidus eē idcirco nō pōt qa leuior est. neq̃ ima humoris unq̃ sua ipse petit natura. sed sũmã sem per planũq̃ attingit. & si deorsum cogat̃. humor quoq̃ feretur inferius ita ut nunquã in profundũ sese ire patiatur.

Cur aer bullis cōtētus. aut de imis aquæ ascēdēs. haud unquã madidus emergat. An qa humor nō in sidet. sed dilabit̃. qui tamē cōtinet bullas. uel minor est. q̃ humefacere ualeat.

Cur aer madere nō possit aqua autē queat qppe quæ ēt trãslata in aerē madeat. An eadē causa sit. q̃ & lapis madere neqat: haud enĩ madēdi oĩbus uis data ē: sed his tm̃ q̃ leta sũt & aut humida.

Cur utres īflati ualeãt fluitare. An ppea q̃ aer sursum effert̃. Vtres. n. & inanes dehorsum feruntur. sic īflati supra iō resīdēt: q̃ ab aere sustinent̃. Sed si aer eleuet: atq̃ ꝓhibeat: quo minus dehorsum ferant̃. cur īflati grauiores efficiant̃. & qui fieri pōt ut cũ grauior sit emineat: cũ leuior deferatur.

Cur aer nō sursum ferat̃. Nã si ex motu caloris spũs excitari debeat ignisq̃ sublimia petere natus sit spũs eodē currere debuit. Siquidē mouēs illud sursum uersus īpellit. quodq̃ mouetur eodem ferri aptissimũ est. Hunc enim tramite ferri obliquo latissime patet.

Cur aurora frigidior q̃ uespa est. An qm̃ altera noctis medio ꝓpior est: altera meridiei. est autem ut diei mediũ calidissimũ qa soli ꝓximũ est. sic noctis mediũ frigidissimũ qa remotissimũ.

Cur tēporis feruidi noctes molestiores q̃ dies sunt. An quia flatus oēs tunc cōsilescunt: anniuersarii nãq̃ illi & præuii minus nocte q̃ interdiu spirant.

Cur īcorrupta durare possint: quæ utribus continētur: inflatis aut uasis bene opertis. an qa putrent omnia cũ mouent̃ īmotaq̃ oĩa sunt quæ plena: istæc autē plena.

Quã ob cãm aere sudo aptoq̃ frigus fit acri⁹ q̃ nubilo cũ stellæ sint calidæ & cælũ: an qa nihil tũc est: qđ uaporē arcere cōtinereq̃ ualeat: sed diffundat̃ necesse est: at cælo nubilo arcet̃: & aquilone magis q̃ austro eadē illa de causa auster enĩ nubes colligit aquilo dispellit: & quidē aquilone magis q̃ austro euaporari uidemus. & hieme potius q̃ æstate: aut ꝓpter dissimilitudinē: aut quia uapor nō nisi refrigerato humore calido depromi potest.

Cur minus q̃ plus aeris calidus sit: cũ angusta enĩ oĩa sint calidiora. an qa magis mouet̃ qui plur is est. motus aũt frigorē acciere pōt: cuius indiciũ q̃ calida cũ mouent̃: refrigerantur.

Cur aq̃ & terra putreãt: aer & ignis nō putreãt: an qm̃ oē qđ putret calidissimũ fiat necesse ē igne au tem calidus nihil est. an qa refrigerari prius oportet. qđ putredinē cōcepturũ est. ignis aũt calidissimus semp est. aer uero igne refertus est: nihil autē putret cũ calidũ est: sed refrigeret̃ ante opor tet q̃ putreat. At aq̃ & terra uicissim mō calida mō frigida effici possũt.

Cur cælũ nubilũ tepidi⁹ sit. q̃ apertũ & placidũ. Vtrũ ut ueteres auctores dixerunt. qa stelæ frigide sint. An id absurdũ admodũ est. sed qa cælo sereno uabor extrigi melius pōt indiciũ q̃ uēto silēte ros & pruina cōsistũt. Cũ igit̃ serenũ est: calor difflat̃ quo humor eruitur atq̃ effert̃ itaq̃ aer frigidor fit. Qua de causa humor a calore demissus irrorat. ast cũ nubilũ est arcet̃ & cōstat. quo circa nec ros nec pruina contrahi potestt cum nubilum est. ergo calor ad terrã remanens: ut facit tepor amplior esse possit.

Cur altis ædib⁹ aer soleat uētileri reciprocariq̃ ꝓsertim cũ tp̃s qetũ est. an q̃ aer ꝑlaxo quodã contextu & hiatu lēto est. ergo cũ hic extrinsecus ītroire īceperit cedit & cōtrahit̃: aer quē domus cōtinet: quo collapso adductoq̃ inanior reddit̃: qui foris est: & spacia multo laxiora capescit quæ in spacia aer domesticus relabit̃ ferturq̃ expedite eodē qm̃ & ipse pendeat: & natura inanis reniti nequeat: quod cũ per multa eius mēbra eueniat ꝓximus hũc aer sectat̃. adductus ꝓpulsione primoris. Tũ eo large foras iã ꝓfluente: locus internus inanis reddit̃: & uacuus: externus contra: repletur spissescitq̃ ac deinde in hunc modũ reciproco fluxu actitatur.

Cur uētus [illegible]ecias: solus ex oĩum uēto℞ numero nubes ducere ad se possit. Vtrũ q̃ uētus aduersus re flat eodē tp̃e. An qm̃ de locis eminētioribus spirat. Sũt enĩ partes quæ ad solē orientē uergũt eminētiores: q̃ quæ ad occasum: indiciũ maris occidui magnitudo facit & latitudo. Quod cũ desup in aduersum spiret. lineã sua delatione ista terrã uersus cōnexã agit: regioneq̃ inuadēs ut dixi occiduam: nubesq̃ ꝑ lineæ suæ figurã cōtrahēs ad se suo inde reflexu eas uocat atq̃ īpellit: quod solus hic ꝓpterea facit: qa cætera loca uel editiora sunt uel submissiora quæ uersus ut aut de imo aut e directo flatus ferat̃ deuexus terrã uersus necessum sit: ita ut ad postremũ reflexus effici nullus qat eo q̃ flatus nō ad terrã subditã aeris amplitudini fine ꝓtrahēdi faciat: nec ubi aer cogi ī nubes pos sit. Subsolanus ac cæteri minus caui: quoniam humidi non sunt: nubes nō cogunt: itaq̃ uel nullatenus uel minus idipsum facere possunt.

Cur aqlones anniuersarii fiãt austri nō fiãt. An austri quoq̃ fieri pñt: sed cōtinui: qa initiũ austri lō ge a nobis est. Alquilonis in uicino est quippe cũ sub aquilone habitemus: itē aquiloles anniuersarii trãquillo aere spirant: quippe qui per æstatem moueri soleant. austri ueræ oriuntur: cũ aer mi nus quiescit. addo etiã q̃ auster hnmidus est. humido aũt supior locus alienus. Quãobrem humo

res qui eo in loco cõsistunt:cito resoluunt:& euanescũt & cũ humores erratici uagabundiq; sint accidit ut aer quoq; eodé ducat quo humores ipsi uarie dilabant. Quod cũ non loco eodé agitet efficitur porro ut flatus diuersi oriant. flatus eni nõ nisi motus aeris est.

Cur auster post pruinã spirare soleat:an quia pruina nisi facta decoctione haud unq̃ consistere põt: Mutatio aũt post cõcoctioné purgationéq; fieri in cõtrariũ solet:aquiloni aũt contrarius auster est. hæc eadé causa est cur post niué auster spiret:oĩno enim & nix & grando: & imber & oĩs id genus purgatio cõcoctionis indicium est. Vnde fit etiam:ut post imbres cæterasq; eiusdem generis tempestates flatus desistant:& consternentur.

Cur procellæ hoc est:uenti qui excussi nubibus sæuiunt:imbre superueniente ocius cessant:an qm̃ aqua expressa uentres nubiũ consident unde flatus origo est.

Cur nõ idem uẽti ĩbré ubiq; afferãt:an quia nõ idem mõtibus ubiq; occurrunt sed aliis partes aliæ sunt obiectæ. Nubes eni ibi magis cõsistũt:ubi uentus nix quasi loca ardua superãs depellere præterea nequit. Cũ auté consistant pmãtur rũpuntur imbréq; dimittunt.

Quã ob cãm cælũ purũ & placidũ serenũ ĩdicat tps turbulẽtũ hiemé pnũciat. An ppterea q; hiemis aer cõsistẽte:spissescẽteq; fieri solet:ergo cũ sol euincit discernit illustratq; aeré:cũ euincitur nubibus:offuscat atq; incrassat. Quod si cõstitio ualida:hiemis cõtinuo luce prima erũpit. Sed si ĩbecillior sit:nec tñ ex toto succũbens occasum uersus depellit qđ cõsistit:ac inibi manet eo q; aer terræ pximus hieme instãte crassimus est & mox reliquus quoq; cõsistit qm̃ initũ firmamentũq; obtinet stabilitatis quod suscipe atq; colligere possit q̃tum subinde accesserit. Vt eni in acie conuersa in fugã uno resistẽte:cæteri quoq; oẽs insistunt:sic in aeris ratione fieri solitũ est. Quãobré cito repente interdũ fit. ut cælũ nubilũ reddat. cũ igitur occasus est pturbatus cõstitioné minime uictã esse a sole diu pugnãte firmissime indicat itaq; plus ité posse cõsistere cõsentaneũ est: & quidem minus timendũ cũ hieme pgressa q̃ cũ post serenũ id accidit. quippe cum illa ratione ueluti reliquias quasdã restare. hac initum consistẽdi oriri uideatur.

Quid est qđ flatus moueat tropœos. i. quos uersorios aut reciprocos appellamus an eadé ratio est q̃ euripi mari reciprocãte agitãtur. nã & mare & aer eatenus fert:quatenus pfluere licet. Deinde cũ obice quadã amplius pgrassãndi licentia his tollit:qui terra pgunt. ob eam. s. rem q; suæ motiõis delationisq; primordia parũ habeant ualida. tunc reciprocãtur & redeunt.

Cur idé illi tropœi mari spirare soleãt. Vtrũ qa mare uicinũ est. an qa tropœus apogeæ. i. flatui abterraneo cõtrarius est. Versarius eni tanq̃ reuersio abterranei est. quippe cum alteraneus flatus ex terra in mare proflués sit:cuius reciprocatio uersarius est. itaq; de mari terrã uersus spirare necessum est. an uenire inde putãdum qm̃ aer collectus in mari est:qui illo fluxerat. Sed ratio cur nec in trrrã cõsistat:& reflectatur cũ profluit q; mare in cauo est. Aer auté modo aquæ ad id fluit : quod cauissimum est.

Cur dici solet. Tertia lux nunq̃ nocturno aquilone laborat. an q; flatus septẽtrionis imbecilli sunt: cum nocte spirare incipiũt. argumentũ enim nõ multũ aeris esse motũ q; eo tépore spirare exorsus est quo caloris exiguũ est:exiguũ nãq; caloris exiguũ aeris mouet. atqui flatus minimi oẽs intra triduũ finiuntur. ergo nec is diuturnior esse debet.

Cur aquilo crebrius q̃ auster spirat:an quoniã aquilo parti orbis terrarũ habitatæ uicinus est. Idcirco latere nõ potest. Simul enim ex sui temporis breuitate & spirat & adest:at auster quia elonginquo admodum nisi uæhemés sit uenire non potest.

Cur auster minus hibernis noctibus q̃ diebus spirat. an é qdé sol. noctis ét tpe austrili regioni ppinquus. & noctes ibi tepediores q̃ dies aqloné uersus:itaq; aeris multũ mouet:& nihilominus q̃ interdiu. Sed calor dierũ uæhemẽtior omné assumédo humoré efficit ut minus spiretur.

Cur auster canicula oriẽte moueat. Idq; lege naturæ certissima fieri soleat. An ppea q; regio ĩferior orbis sole. s. remoto minus calidiné. Itaq; uapor ĩde large emigrat & multi pfecto austri spirarent: nisi anniuersarii prohiberét. An oĩb⁹ astris tũ oriẽtib⁹:tũ occidẽtib⁹ aer soleat cõmutari. Sed cane pcipue. qđ qdé flatib⁹ latissime cõstat q eius ortu & post ortũ sequunt qđ cũ æstus tũc uigeãt: sps calidissimos p idé tps oriri cõgruũ é. Auster aũt calidus é:& cũ ex cõtrariis in cõtrariũ maxĩe cũmutari solitũ sit. ortũq; canis puii uũcupati antecedãt. q aqlones sũt merito post eũ auster spirat. qñqdé assignari necesse é. idq; austris fieri oriẽtibus. huic aũt uerbo cũ assignari dicim⁹ subiecta notio é:aeré ĩsigniter cõmutari & qdé mutari flatuũ oĩa gñа ĩ uẽtos aduersos aut dexteros solẽt. Quod cũ aqlo nõ trãseat in latus dextrũ reliquũ é:ut in aduersum hoc é:ut in austrũ transeat. Quinetiã dies post brumã qntusdecimus austrũ p̃ se fert:eo q; bruma initiũ quoddã est:mouetur q; a sole. is potissimũ aer q brumæ uicinus est. Solé aũt tũc ad austrũ uergere certũ est. Vt igit cũ ortũ preptat. flatus excitat subsolanus. ita cũ meridié adit austros euocat:nec tamé statim a bruma id facit:qm̃ breuissimas tũc agit distãtias. Sed qntodecimo quia tépus id modice se habeat:ad primã discessus sensioné. Totum enim id tempus pars cõspicua est.

Qua de causa orationis exortu dies maximeq̃ uarient:flatusq̃ in opportuni moueant̃. An quoniã in mutatione uaria maxime oĩa sunt:quæ non uno certoque tẽpore motuue describunt̃. at qui oritur orion ineunte autũno occidit hyeme.ergo quia nõ uno tẽpore constat:sed alio incipit:alio cessat flatus etiam incõstates esse necesse est:utpote cũ ancipiti cõditione proueniãt:quos sibi tẽpus utrũq̃ sortitũ est & quidem difficilẽ esse orionẽ & cum oritur:& cũ occidit ex tẽporis uarietate recte affirmant. Turbulentũ enim atq̃ inæquabilẽ esse necessum est.

Cur aquilo nocte exorsus dieterie cessat. Vtrũ quia ex paruo imbecilliq̃ initio prodit.tertius autẽ dies decretorius est.an quoniã uniuersus modo ecnephiarũ.i.ꝓcellarũ nubibus excussorũ flatuũ funditur:idcirca compendio cessat.

Cur pueri aqlones spirãt.an qm̃ pars orbis terre habitata septẽtrionibus subdita est eminentior & extra solsticiũ posita & niuis plenã:quæ nix non mõtibus nullis nunq̃ deest.Cũ igitur cõcreti humores tabescũt flatus magna ex parte oriunt̃.is aũt aqlo est qui a septẽtrionibus mittitur.

Cur austri hyeme atq̃ ineũte ueræ atq̃ autũno cessante spirate soleãt:undabũdiq̃ sint & cõtortuo si:atq̃ africæ nõ minus frigidi q̃ regioni nr̃ati aqlones.an ꝓpterea q̃ sole propinquo spiritũ moueri necesse est.Sol autẽ p hyemẽ austrũ uersus pfert̃:& ineũte ueræ desinẽteq̃ autũno iam calefacere incipit.æstate contra septẽtriones petit:& loca relinquit meridiana. Calidus autẽ propterea est: quia cum aere africæ miscetur:qui calidus est.hinc etiam in mare corrumpens ingẽtes excitat fluctus:facitq̃ australem æstatem.

Cur auster fœtidi halitus causa sit. An qm̃ humida & calida corpora reddit:quæ maxime putredini opportuna sunt.

Cur auster profectus mari ex cõmodus his sit:quoꝝ stirpes terra continẽtur:Nam & thriasio cãpo terræ atticæ:auster de mari occurrit.an quoniã refrigeratus accedit:rubigo autẽ per humorẽ calidum alienũq̃ consistere solet.

Cur uẽtus magna ex parte ante lunæ defectus excitet̃ inicio noctis cũ defectus medio ĩcipit noctis medio uero cũ mane:an qm̃ calor lunæ ꝓpterea hebetat̃ qa cursus iã proxime est qd̃ defectus exultet.Remissio itaq̃ calore quo retẽtus aer quiescit:rursum moueri ac spũs reddi incipit.

Cur auster nõ incipiẽs sed desinẽs imbrẽ afferat. Vtrũ q̃ aerẽ cogit elõginquo quo coacto aqua exprimit̃.cogit̃ autẽ postea q̃ cæptũ est.an qm̃ incipiẽte calidus adhuc aer est.quippe qui profectus a calido sit.in processu tẽporis autem refrigeratus in aquã melius consistere potest.

Quã ob causam cũ minor auster est:nubes nullas obducit maior nubilus & diuturnior est. Vtrũ ut quidã aiunt.initii causa ita accidat. Nã si ex minori proficiscat̃:liquidus udusq̃ est.Si ex ampliori nubilus & crassus.an quia minor cũ incipit est.itaq̃ nõ multũ aeris compellere põt. Sed ad postremum amplificari cõsueuit. Vñ illud prouerbiũ.Cũ cessat boreas cũq̃ auster surgere cæpit.

Cur tempore hiberno flatus parte ueniunt exortiua æstiuo occidua.an ubi sol amplius nõ euincit aer libere profluit.cum igitur nobis occidit:nubes relinquit:quibus fauonii prodeunt:cũq̃ incolis ĩferioris hemisphęrii oritur:spiritum illis parte exortiua producit.contra cũ parti inferiori occidit fauonis illis subsolanos nobis consectante aere facit. Vnde fit ut quem aliũ uentũ occupauerit.augeat eo scilicet q̃ non nihil adiunxerit.

Cur afflante fauonio canes uestigia minus ualeant cõperire.an quia plurimũ hic uentus confundit quoniam uentorũ omniũ continẽtissimus est:maximeq̃ terram attingit.

Quam ob causam stellæ prosiliunt:uẽti indicium datur:an propterea q̃ a flatu feruntur priusq̃ ibi q̃ apud nos flatus excurrit.Quo fit etiã ut unde stellæ feruntur.hic flatus accedat.

Cur nubes maximas fauonius agit:an quia de alto spirat:regioneq̃ maritima nubes per ampla spacia colligit ampliores.

Cur uẽti ad postremũ uæhemẽtissime spirãt:an qa ubi uniuersi efflarũt caloris parũ relinquitur.

Cur si circa eqnoctiũ africus spirarit aqua fiat necesse sit:an quo loco orbis sol fuerit inde soleat excitari:itaq̃ pro solis discursu uicissitudo spũm agat. Quod cũ eqnoctiũ hyemis atq̃ æstatis cõfiniũ sit:dũ sol nobis cõspectũ eqnoctiũ agit aut iustũ trãsgressus limitẽ regioni se dedit hybernæ accidit:ut uẽti partis illius uernaculi spirẽt:quoꝝ primus africus ẽ natura humidus:& cũ sol partem orbis terrarũ hibernã plustrat.flatusq̃ regionis eiusdẽ moueat:euenit ut hyẽs suis fungatur muneribus.Cuius gñis iber est.Ad hæc cũ eqnoctiũ tanq̃ paribus examinatis uiribus hyemẽ atque æstatis cõstet.Si alterutris qcq̃ additũ sit:obitus mometũ exultabit conspicuũ:ut in eqlibrio põdus.Lãci adiunctũ alteri efficit.Quod cũ africus hiberni ordinis sit naturaque humidus: equinoctio additus:hyemẽ ĩmbrẽque merito aufert.imber enĩ homines est flatibus familiarissima.

Cur auster atque eurus cũ flatibus sibi obiectis calidiores sint. alter aquilone:alter fauonio aquæ fertiliores sint:quãquã frigor est qui humorẽ ex aere depromat.haud enĩ q̃ aquilo nubes hic pellit:idcirco aqua nõ ꝑuenit.Nam & fauonius & eurus nubes ambigit.quippe q ex latere pari mõ ꝑueniat:qnetiã cæteri oẽs unde spirãt inde depellũt. Vtrum quia frigor amplius introrsum circũ-

obsistit.cum calor amplius urget. An etiam regio facit unde spirāt ut sereni illustresq; ueniant. Eurus nāq; ex ortu fauonius ex occasu aduentat. Quinetiā ratio sit: ꝙ aer ꝓcalefactus celerrime ac plenissime refrigeratur, quō etiam aqua. igit̃ euri aer de ortu calidus: austri de meridie fertur: cūq; frigidissimū locū adiere cōpēdio cōcrescunt: atq; in aquā cōsistunt: magisq; eurus aquā agit: quoniam aerē de solis parte nec minus calidum ducit. Auster aquā mittit cum cessat: quoniā aer qui primus ex mari accedit erigidus est. ultimus autē tepidus ex terra occurrit. an non id solum causa sit, sed etiāq; ad postremū auster crescit. Vnde illud prouerbium. Cūq; auster surgere cœpit: atqui frigidiores qui uæhemētius spirant: igitur merito in nubes aerē postea cogit. an ea ipsa ratio sit cur postquā principio fertilior aquæ occurrat.

Cur uenti siccant cum frigidi sint. an quoniā qui frigidissimi sunt uaporē eliciunt:

Sed cur amplius siccēt q̃ sol. an quia uaporē nō solum euocāt: uerūetiā adducunt. Sol autē relinquit: itaq; ut magis humificat sic minus assicat.

Cur unus uētorum cæcias nubes ad se uocat: quod etiā prouerbiū illud declarat. Vt cæcias nubes: sic ille opes trahēs. cæteri nāq; unde spirāt: inde tm̄modo expellūt. Vtrū uētus aduersus eodē in tēpore spirās id faciat. an si hoc eēt haud unq̃ latere potuisset. eteni spūs hic suapte natura circulari linea fert̃. Ergo cæteri per terram uagātur. hic cælū uersus suæ lineæ cauū erigens non ad terram resupinans suam originem repetit: itaque nubes facile ad se ducit.

Cur fauonius serenus ac iocūdissimus uētoꝝ oīum est: & qualē Homerus flare p cāpos elisios carmine illo dixit. Sed zephiri assidue spirāt: auræq; salubres. an primū ꝙ aeris tēperiē plene obtinet neq; eni calidus est: ut q de meridie ortuq; spirāt neq; frigidus ut q de septētrionibꝰ ueniūt: sed mediū frigidoꝝ & calidoꝝ flatuū tenet. Quod cū utriusq; in uicino sit particeps utrarūq; uirīū euadit. itaq; tēperatissimus est: & uere maxime spirat: ad hæc flatus oēs trāsire uel in sibi aduersos: uel in dextros cōsueuerūt: itaq; cū post aqlonē fauonius spiret: dexter eni hic est. efficit̃ adeo tanq̃ mitis ad īmitē: & simul ubi destitit hyems. serenū magna ex parte subsequi solitū est. atqui flatus hibernus aqlo est. Subsolanus q̃uis inter calidos & frigidos situs minus qualitatis eoꝝ particeps est, hic eni cū spirat flatus uergētes ad austrū motitat quidē. istuc eni trāsferre assolet: sed misceri tamen cū his minime patit̃. at uero fauonius & mouet̃ ab austro: & ipse cū spirat moueat aquilonē huc enim usq; progrediēs: uicissitudo spirituū finem sui circuitus facit. Quod cū unus facit alterius finē alterius initiū secū habeat merito suauius & est & esse uidetur.

Cur fauonius horis postmeridianis spirare nō mane soleat. an sol magna ex parte uel oriens uel occidens auctor spirituū est: Quotiēs eni aer est humidū tepefaciēdo ꝓcoquit atq; discernit in spiritum sane illū extenuat. Quod si tātisper acciderit: ut aer spirātiusculus sit: magis magisq; a sole uertetur in spiritū. Quotiēs igit̃ sol in exortu est, ꝓcul a fauonio abest. hic eni ab occasu se ꝓmit: & cū iam occidere ꝓximus est. aer oīno extenuatus discretusq; fluit. at dū cōfecto meridie pergat ad postmeridianū. tātisper ad aerē tepefaciendū discernendūque modice ad modū habet. Subsolanus quoq; ob eā rem mane spirare incipit. aerē enim qui supra terrā sublimis impēdens nocte humefactus solo sui pōderis ratione appropinquarit. sol mane discernēs ꝓximū sibi excitat primum. Qui autē ex sole oriente spirat subsolanus hic appellatus est.

Cur sole se attollēte spūs & sternunt̃ & augent̃. an qa spūs uel aeris uel redūdātis humoris cōmotio est quæ ut cū parua est. cōpēdio a sole cōsumit̃ itaq; nullus spūs inde existit: ita cū magna est solis exortu amplior redditur. Sol eni auctor & parēs motuū est.

